





# GALLIA VICTRIX

ANNIS 1673. ET 1674.

IN TRAIECTO AD MOSAM EXPVGNATO

IN SEQUANORUM PROVINCIA ITERATO

Subactâ,

IN FÖDERATIS GERMANORUM,

HISPANORVM,

ET BATAVORUM COPIIS SÆPIUS PROFILIGATIS,

POETICE DECANTATA.




BVRDIGALÆ,  
Apud IACOBUM MONGIRONEM-MILLANGIUM  
Regis & Collegij Typographum.

---

M. D. C. LXXV.

Cum Approbatione & Permissione





# DELPHINO.



AUGVSTISSIME PRINCEPS

Regalem ad Aulam , seriūs fortè ,  
quām par fuisset , sese conferunt  
Aquitanicæ Musæ , victricem tot  
tām que ferocium hostium duobus  
proximè abhinc elapsis annis Gal-

## EPISTOL A.

liam sub felicibus invictissimi Regis,  
Patrii tui, auspicijs, Poëticos ad  
numerous celebraturæ. Has nempe  
officio defungi properantes, timor  
simul ac pudor, aliquandiu, nec  
sine causâ, detinuere. Temeritatis  
notam verebantur, quæ res tantas  
stylo exornandas susciperent, quan-  
tas & per se se Rex maximus, &  
per suos Duces, non minori pru-  
dentiâ & fortitudine, quam felici-  
tate confecit. Erubescabant vero mi-  
rum in modum, quod suas lucu-  
bationes adeò impares cernerent  
magnitudini rerum bello gestarum;  
quantas nimirum vix ulla Majorum  
nostrorum ætas suspexit, vix ulla  
deinceps sperare queat posteritas.  
Hæsitantibus tamen, suæque tenui-  
tatis apprimè conscijs, animos ad-  
didere, PRINCEPS AVGV-  
STISSIME, quæ jammunc in  
Te sic eluent, conjunctæ cum excel-

## EPISTOLA.

sâ indole, tantoque dignâ fastigio,  
humanitas & clementia singularis,  
atque in istas, quas vocant, suaviores  
Musas, mira propensio. Sequestro sanè apud Te, aut Admisionali,  
non egent, quas consortio  
~~lubens~~, & familiaritate dignaris. Quia  
& ijs spes hinc affulget aliqua Regium  
in conclave tuo ductu & favore  
penetrandi, summæque Maje-  
statis radios, tuâ benignitate at-  
temperatos, facilius ferendi. Ac-  
cedunt itaque illæ ad Te, non tri-  
butariae solùm, sed etiam suppli-  
ces; nec tam munus offerunt, quâma  
exposcent beneficium. Mihi qui-  
dem qualicunque ipsarum interpre-  
ti, sat fuerit meum tibi studium pro  
paternâ, tuâque proinde ac totius  
Galliae gloriâ, aliquatenus appro-  
basse. Tuam dico gloriam P.R.I.N.  
CEPS AVGUSTISSIME;  
qua cunque enim Pater in bello stre-

## EPISTOLA.

muè, faustèque gerit, ea suum omnem in Te splendorem refundunt; neque exemplo tantum, atque incitamento sunt, sed etiam orname-  
to. Hic certè habes, quæ nunc suspicias; mox æmuleris. Quin & nobilissimi illius ignis, generoso in-  
pectore jaminunc accensi, scintillæ  
quædam dicuntur emicuisse, quando  
obsidioni Dolensi interesse Te vo-  
luit Pater, ut à tenero disceres vin-  
cere. Quid autem à Principe, tan-  
tum ad exemplar efformato, sperare  
Galliam par sit, non est difficile æsti-  
mare. Cùm præfertim ejus institu-  
tioni præsint viri summâ virtute,  
summâque eruditione conspicui; di-  
gni demum, quos Rex sapientissi-  
mus, & amantissimus Pater, tot alijs  
anteferret. Nec ægrè, ut spero,  
feres, PRINCEPS AVGVSTIS-  
SIME, quòd aliorum quorundam  
facinora cum paternis, Regijsque

## EPISTOLA.

conjunxerim. Ea namque vel ad Patrem pertinent, cuius gesta sunt auspicis: vel certè aliena prorsus censeri nequeunt; quippe quæ sint Regis, & Christiani adversus infissimos Religionis hostes dimicantis, & qui inter Galliæ fœderatos principem locum meritò sibi vendicet.

Ne verò Te à literarum atque scientiarum, in quibus jam progressus ætate maiores fecisti, amore abducere velle videat tot victorijs atque triumphis ob oculos proponendis, Oden paræneticam ijs consultò adjunxi, quæ Te, sponte licet currentem, ad id studij incitaret.

Æqui, ut spero, bonique consules, PRINCEPS AVGVSTIS. SIME, meam sive in Te adhortando audaciam; sive in isto, quantumvis informi, laboris mei fœtu tibi offerendo confidentiam; atque hanc,

*EPISTOLA.*

cui me adscriptum Deus jampridem  
voluit, minimam Societatem, eâ-  
dem quâ Pater, Avusque & Proa-  
vus, omnes meritò magni, beni-  
gnitate fovebis.

AVGVSTISSME PRINCEPS;

Tibi devotissimus  
JOANNES PERIGAUD, S.I.

AD EVNDEM

A V G V S T I S S I M V M

PRINCIPEM;

ODE PARÆNETICA.



I NCLYTA Borbonidum soboles, vivâxque Parentis  
Imago, DELPHIN, maximi;  
Te quamvis vasto imperio terræque, marisque,  
Mens destinarit provida;  
Et Bizantinæ turres nutare ferantur  
Ad nominis præsigium  
Ter fausti, & tremefacta metu expallefcere Luna,  
Cruore Christiadum haec tenus  
Quæ fuso rubuit; trepidare & littora, dirum  
Immugientis Bosphori;  
Te quamquam invitet, PRINCEPS AUGUSTE, tibi que  
Palmis Idume frondeat:  
Ne tamen excelsæ mentis, quâ Te Astra bearint,  
Impar putes fastigio,  
Atq[ue] Musarum studio celebrare frequenti,  
Ignota genti barbaræ;


A

Núncque choros cœlo acceptos invisere Vatum  
 Dio canentum gutture  
 Annaque, magnanimosq; duces, clarosq; triumphos,  
 Heroas & Divum genus;  
 Nunc Oratorum linguas audire disertas,  
 Puro fluentes nectare;  
 Ac modò secessus sacri penetrare Lycæi  
 Clamore docto diffonos,  
 Altaque rimari Naturæ arcana parentis  
 Vulgo profano impervia,  
 Sidereosque orbes animo lustrare sagaci,  
 Solisque fulgentes domos.  
 Hac Magnus quondam Macedo juvenilibus annis,  
 Sopho Stagiræ prævio,  
 Affectasse viam fertur, quâ tollere cœlo  
 Nomen liceret arduum;  
 Mænidæ & Vatis studio exarsisse perenni,  
 Thecâque clusos gemmâ  
 Gestasse assiduum, necnon volvisse legendo  
 Versus cedro dignissimos;  
 Claro & Pelidæ tantum invidisse Poëtam,  
 Qui gesta bello scribebat.  
 Nec mage conspicuus celebratur Iulus armis,  
 Semper licet vicitribus,  
 Quam forti eloquio, ac rerum prudentior usu,  
 Venâque felix ingenii;  
 Quin etiam ambiguum fecit, plus ne inclitus Heros  
 Stylo valeret, an manu.  
 Bella suum Martem, sed habent & Pallada Musæ  
 Hastâ coruscant ac Ægide.  
 Nec, licet abstineant ferro, his sua prælia desunt,  
 Acutiora & spicula,  
 Mentis inexhaustâ quæ depromenda pharetrâ,  
 Non absque pulcro vulnera.

Sic pugnare Sophi norunt, sic vincere gaudent,  
Quanquam incruento prælio.  
Quis verò Historiæ spernat, regnare docentis,  
Præclara tot volumina?  
Hic ubi post cineres, & dona extrema sepulchri,  
Spirant adhuc superstites  
Heroës, generosæ animæ, gens optima belli  
Pacisque claris artibus.  
Hos inter proavi Reges, ceu sidera fulgent,  
Viāmque signant splendidam;  
Borbonidæ in primis magni, queis fonte propinquæ  
Debes refusum sanguinem;  
HENRICUS, belli fulmen, Magnoque parenti  
Virtute suppar Filius,  
Iustitiā quippe insignis, pietate, vel armis,  
Lemanicæ Alcides Hydræ.  
Vnus sed Genitor Regum decora alta priorum  
Vincit virili pectore;  
Exorsisque suis patrum fastigia adæquat  
Seu pace, seu bello inclytus.  
Belgica gens testis, Tornacum, Aldnarda, Duacum,  
Divésque testis Insula,  
Tótque urbes aliæ, præcinctæ turribus altis,  
Vno subactas impetu  
Quas victor subiit L O D O I C U S. Tu quoque testis,  
Expers jugi Burgundia,  
Quam non acris hyems, non propugnacula, & arces  
Quivère turari diu.  
Tu verò an alias gentes, Hollandia testis,  
Quæ cæteris ferocior,  
Ac nimium gazis, vel fisa paludibus, audax  
Regem lacestisti probris,  
Fœdifragoque animo; sed non impune: luitū  
Nam mox pares injuriæ

Immanique auso pœnas , attrita potenti  
     Herois usque robore ;  
 Ac mirum ! Spatio propè debellata bimœstri ,  
     Iam non inexpugnabilis.  
 Ast te quâ fileam Trajecti nobile vallum ,  
     Cartago Gentis perfidæ ,  
 Nequicquam munita diu molimine tanto ,  
     Fornicibus , cuniculis ,  
 Aggere multiplici , lunatis molibus , atque  
     Fœtis nitrato pulvere  
 Glandibus innumeris , vibrandis fulminis instar ;  
     Incendiisque fusili .  
 Te satis hæc nequeunt unâ defendere Lunâ  
     Contra potentis impetus  
 Herois ; turrésque tuæ , murique patescunt  
     Assultu ineluctabili .  
 Sub Patre militiam , Princeps generose , magistro  
     Brevi licebit discere ,  
 Vincendique artes , necnon Mavortia facta ,  
     Periculosamque aleam .  
 Pacificæ interea in campo , castrisq; Minerva  
     Te militasse juverit ,  
 Atque priùs miti crines innectere Olivâ ,  
     Quam militari Laureâ .





A

# MONSEIGNEVR LE DAVPHIN;

Que l'Etude des Lettres est une occ-  
cupation digne d'un grand  
Prince.

IMITATION DE L'ODE PRÉCÉDENTE.

**I**EUNE & sage DAUPHIN en qui le ciel a mis  
Et le sang des BOURBONS, & les traits de Loûrs,  
Pour peindre en un seul Fils le Heros & le Pere ;  
Cet Esprit souverain qui fait le sort des Roys,  
Prepare l'Univers à recevoir tes loix,  
Ton destin le promet & la France l'espere :  
Déjà ton courage naissant  
Fait fremir le Bosphore & pâlir le Croissant ;  
Déjà les Muses sont charmées ;  
On t'admire, on te craint au seul bruit de ton nom,  
On presente à tes mains les Palmes Idumées ;  
Mais ne refuse pas les Lauriers d'Apollon.

A iiij

Ne pense pourtant pas rabaisser ton grand cœur  
 S'il se laisse enflamer d'une si douce ardeur,  
 Ta gloire chez Phebus ne sera point ternie ;  
 Rends toy victorieux parmy ces Nations  
 Autant par ton esprit que par tes actions,  
 La science est d'un prix égal à ton génie :

Monte quelquesfois dans les Cieux  
 Pour entendre chanter les Favoris des Dieux,  
 Apprends les secrets du Lycée,  
 Porte ton éloquence au milieu des combats,  
 Fais voir, en nous traçant des Astres quelque idée,  
 Que tu fais mainier l'Epée & le Compas.

Ainsi ce Grec fameux, qui dans ses jeunes ans  
 Tâcha de devenir le Héros des savans,  
 Soumit son vaste esprit aux leçons d'un grand Maître ;  
 C'est par là qu'il s'ouvrit un chemin à l'honneur,  
 Et suivant à grands pas son rapide bonheur  
 Toujours dans le Guerrier le Savant s'eut paroître :

Homère alloit à pas égaux  
 Combattre avec ce Prince & charmer ses travaux,  
 Il s'animoit dans son ouvrage ;  
 Il porta ce trésor au bout de l'Univers,  
 Et comme d'un Achille il avoit le courage,  
 Il croyoit meritier d'aussi sublimes vers.

\* C'est ainsi qu'autrefois le premier des Cesars  
 Porta l'Academie auprès du Champ de Mars,  
 Joignant la politesse avec l'humeur guerrière ;  
 Il fut également fier & civilisé,  
 Son nom dans ces deux arts s'est immortalisé.

On ne scait pour lequel il eut plus de lumiere :

Son loisir avoit de l'éclat,

Cesar au cabinet & Cesar au combat

Se disputoit sa propre gloire ;

Pallas a comme Mars sa lance & son bouclier,

Elle s'gait loin du bruit rencontrer la victoire,

Et le sang n'a jamais arrosé son Laurier.

Les esprits du Lycée & subtils & perçans

Se portent tour à tour de ces coups innocens,

On y voit avec art employer le dilemme ;

L'Histoire t'offrira les armes & la paix .

Et les Roys t'apprendront encor dans leur portraits

A porter dignement le poids du diademe :

Sur tout tu dois jeter les yeux

Sur eet illustre amas de tes dignes Ayeux ,

Sur HENRY ce foudre de guerre ,

L'Heresie en fureur meurt aux pieds de son Fils ;

Mais apres avoir vu tous ces Dieux de la terre ,

Laisse là leur Histoire , & voy faire LOUIS.

Ce Monarque en luy seul renferme plusieurs Roys ;

Admire sa sagesse & compte ses exploits ,

Dans l'une & l'autre Flandre accompagne sa gloire ,

Promene ton esprit dans ces divers Païs

Que son bras , ou son nom , ou sa vuë ont conquis ,

Nc te plains pourtant pas s'il charge ta memoire :

Assemble les noms de Douay ,

Courtray , l'Isle , Oudenarde , Ath , Charle-Roy , Tournay ;

Le Rhin a de plus fieres Villes ,

Il faut pour les nommer courir de grâns hasards ,

On n'apprend pas si tôt des noms si difficiles ,

LOUIS en moins de temps fait tomber leurs remparts.

Cede enfin peuple ingrat, & rentre dans tes eaux ;  
 Ne nous oppose plus tes Forts & tes Vaisseaux,  
 Du fonds de tes Marais ne leve plus la tête ;  
 Retiens de ton orgueil l'insolente vapeur ;  
 Et n'entreprends jamais d'offenser un vainqueur  
Qui d'un juste courroux peut mouvoir la tempête ;

Et ce Fort si muni d'orgueil,  
Le Fort qui des François croyoit estre l'écueil,  
Mastric, l'emule de Carthage,  
L'orage de tes feux n'a pu jettter l'effroy,  
Des mines, des fourneaux l'insidieux ouvrage  
Rendit ton art captif sous la main d'un grand Roy.

Prince tu dois avoir un cœur bien généreux,  
 Ce modèle est bien grand, & tel que tu le veux,  
 Pour tout autre que toy ces leçons sont trop amples ;  
 Il faut estre son Fils pour oser l'imiter,  
 Il t'apprend à regner, à combattre, à dompter ;  
Que ta vertu croîtra sur de si beaux exemples !

Cependant parmi les esprits  
 Ouvre-toy la carrière & remporte le prix,  
Français le sommet du Parnasse ;  
La fortune sur toy forme de grands desseins,  
Mais parmy les savans si tu choisis ta place,  
Tu feras ta couronne avec tes propres mains.

I. B. I.



# REGI POST TRAIECTVM

AD MOSAM

FELICITER EXPVGNATVM;  
SPINICIVM.

PONE metum, & dulci gaudie secura triumpho  
Gallia; Trajecti jam per facula cedunt  
Munitæque arces; & vectigalibus undis  
Lenè fluens Mosa, jucundo nunc murmure plaudit,  
Grataturque tibi post tot discrimina Martis  
Victorem augustum incolumem, quo Gallica nitens  
Gloria sublimem se mox æquabit Olympo.  
En cœlo allabens, currūque inventa corusco  
Relligio, quam casa Fides comitatur ovantem,  
Frondentes ramis supremo ex æthere lauros,  
Immortale decus, præfert, Regi unde coronam  
Texere, & æterno valeas diademate crines.  
Vincire Herois, cui jam cœlum atria pandit.

Captiva illa diu gemuit sub compede iniqua  
Battavæ infestæ Divis; gremiisque superbos  
Passa hostes, altum indoçuit sua tempora nefandæ

Polluta heu ! sacris , cantûque ululata profano.  
 Magne ergo Lo do ix , hæres pietatis avitæ ,  
 Æquus ades vindex , & Majestatis honorem  
 Læsa Francigenum , Fidéique opprobria sanctæ  
 Victrici dextiâ , justoque ulciscere ferro.

Iam numerose acies , peditumq; equitumq; manipli ,  
 Gentis magnanimæ flos omnis , & inclyta bello  
 Nobilitas , ad signa volant ; sub pondere tellus  
 Concuditur , fremitaque virum , & clangore tubarum  
 Horrisono reboant valles , collésque supini.

Attoniti trepidant Belgæ , & quocumque locorum  
 Majestas armata , minax movet agmina , terror  
 Prævius antevolao , portæque & mœnia nutant .  
 Gandavicæ titubant turres ; Antuerpia scaldit ,  
 Famosæque arcæ diffidit , & omnia quamvis  
 Tuta timet ; nulla & tamq; claustra invia Regi ,  
 Flumina nulla putat ; Rhenum , Vahalimq; rapacem ,  
 Transmissos sine navigio , sine pontibus ullis ,  
 Regis ad aspergim , frustra obnitente Baravo ,  
 Dum meminit et tūmque urbes arcæve receptas .  
 Luce quaterdenâ , mœrens miratur , & una  
 Suspicit , & magnos metuit , celeresque triumphos .

At campis diffusa suis , & mœnia circum  
 Millia tot delecta virum , Heroisque tremendi  
 Augustam speciem Bruxellæ ut turribus altis  
 Proficiunt cives , quos mens malè-conscia torquet ,  
 Séque putant jam tum meritâ obsidione teneri  
 Fœdus ob infractum ; tandem temeraria dâmnant  
 Consilia , & justas formidant vindicis iras .

Nunc multasse metu satis est , victriçaque arma  
 Ostentasse urbi , ac tonitru immugisse sonoro ;  
 Fôrs erit , abruptis posthac ut nubibus æther  
 Fulminet , admisso repetens pro crimine pœnas .

Interea bellum circumduxisse per arva

Belgica, & hostiles sic delusisse catervas  
 Profuerit, primūmquè animo pugnasse sagaci,  
 Dein Marte infesto, & collatis undique signis.  
 Inde orbi dubium linquis, Rex Maxime, plūs-ne  
 Consilio, an dextrā valeas, aut robore regni.

Belligeris tandem cœptis, haud talibus impar  
 Auspicijs, urbs eligitur, quam gurgite vasto  
 Præmunit, geminásque Mosa inter-labitur arces  
 Trajecti, Vitcique, ingenti & ponte revincit.  
 Ars utramque, diu insudans, munimiriæ cinxit.  
 Multiplici, cœlōque insanæ undique moles  
 Educens, fodiénsque immâ tellure latentes  
 Furnorum anfractus, contra præmuniit omnes.  
 Assultus tutumque & inexpugnabile vallum.  
 Accedit vis præsidij numerosa, virilimque  
 Delectu insignis, tormenta immania muris  
 Aggeribûsque iuncta; accedit plurima rerum  
 Copia, quas hominum, vel belli postulat usus.  
 Præcipue Præfectus adest, acérque, feróxque,  
 Acque animi fidens, & multâ callidus arte,  
 Lethum etiam pulchrâ certus pro laudè pacisci.

At Regem contra invictum quid bellica proicit  
 Machina? Quid miles? quid propugnacula, & astus  
 Militiæ, audacés-ve animi? cui militat Æther,  
 Et cum Iustitiâ Pietas; quem Martius ardor  
 Impavidum per tela rapit, Prudentia frænat;  
 Vivida vis animi, vegetoque in corpore robur  
 Dat vigilem curis, indefessumque laborum.  
 Dux ipse ingentis cœpti; bellum ipse gubernat,  
 Discrimenque subit, castris séque ardūus infert,  
 Iam nutu viator, jam vultu fulminat, hostesque  
 Exanimat trepidos tanti præsentia Regis.

Continuò præmissus eques, pars arcta viarum  
 Occupat, aut campis sese diffundit apertis.

Vrbem intercludens aditu ; mora parva , citato  
Agmine subsequitur Lodoicum exercitus omnis,  
Spéque alacris multâ fremit , insuetaque triumphat  
Lætitia , spolijs ceu jam potiatur opimis.

Nec spes vana viros fallit ; victoria certa est  
Auspicijs , Rex magne , tuis , annóque priori  
Acta , fidem supra Historiæ , lata omina firmant.

Vix in conspectu Trajecti constituit Heros  
Gallicus , ipse in vectus equo , & circùm omnia lustrans ,  
Designatque locum castris , vallóque coronat.  
Ilicet elato tormenta ex aggere surgunt ,  
Fulminéque assiduo turres atque ardua tecta  
Disjiciunt ; gelidâ trepidant formidine cives  
Inclusi caveis ; ac jam se dedere cérent  
Victori , ni Praefectus , milésque resistat.

Fossa quoque oblique longè producta meatu ;  
Confestim ad muros & munimenta cavatum .  
Sternit iter turmis , valeant quò tutiùs urbem  
Impetere , hostilésque unà succedere ad arces.

Rex opera , assultus , stationes , bellica cuncta  
Otdinat ; insomnes equitans noctésque , diésque  
Ducit , inexpletum insistens studio atque labori ,  
Mirandūm dictu , vix & quod postera credant  
Sæcula ! totam unus , belli sub pondere , molem  
Sustinet , & curas animum partitur in omnes .  
Quin etiam ipse sui , Majestatisque verendæ  
Oblitus , caput augustum in disermina mille  
Circumfert , cunctosque timor quando anxius urget ,  
Intrepidus pro se perstat ; totusque saluti  
Bellantum incumbens , inter Regémque , patrémq[ue]  
Divisus , regit imperio , & turatur amore .

Attamen , O , pavitans fundit quas Gallia voces ,  
Audi , Magne Heros ; Quò Te invictia virtus  
Abripit , heu ! nostri immemorem ? Te nixa salus stat

Gentis Liligeræ ; tecum ista pericula belli  
 Tot subeunt populi ; quot tu ditione coērces  
 Felici , immensa , Non est Hollandia tanti ,  
 Ut pro te , L O D O I C E , tremam , discriminēque isto  
 Nil ēmisse velim . Vile est , quodcumque parasti  
 Haec tenus hoc pretio ; quam juām Mosa lenib⁹ undis ,  
 Atque Isala , & scisso Rhenus se gurgite volvens ,  
 Sub mea jura fluant . LUDOVIX mihi sufficit unus  
 Incolumis ; quem si diuturnum sidera præstent ,  
 Imperium extremos sperem producere ad Indos ,  
 Ac Bizantinis imponere Lilia muris ,  
 Disjectâque Crucis Labarum sustollere Lunā .

In speciem justas quamvis compescere querelas  
 Heroūm fœcunda Parens , depone timorem  
 Sollicitum ; in medio Rex stat discrimine tutus ,  
 Securum quem causa facit , dum militat Astris ,  
 Atque Aris , Batavūm quas dira evertit Erynnis ,  
 Atque furor , gemino dudum bacchatus in orbe ,  
 Dum Cœlo pugnat LODOIX , huic Astra vicissim  
 Avigilant , clypeoque regunt centuplice Divi .

Exhortent hostes trepidi , & jam testa fovere  
 coguntur , tuta aut trans munita latere ;  
 Et medio deinceps audent se credere campo ,  
 Omnis & conferre manus , jam saepè fugati ,  
 Cirumque experti Gallorum , animosque viiles .

Ollis mente tamen fixum defendere muros ,  
 Nilque intentatum bello , nil linquere inausum ,  
 Atque extrema pati . Timidos hortatibus implet  
 Arrauis , cui cura urbis commissa tuendæ ,  
 Intentatque necem ignavis , quos prælia terrent .

Nec minus in varios usus quæ bellica prorsint  
 Instrumenta parat ; longa experientia gnarum  
 Cœlitæ , multaque insignem reddidit arte .

Continuò fœtas nitrato pulvere glandes ,



Anglorumque insigne decus , per tela per ignes  
 Irruit hostilem in cuneum , mox fulminis instar ;  
 Gallica nec se nobilitas certamine vinci  
 Passa , gradum subito accelerat , sequiturq; repente  
 Lecta manus Regis nutu , fortissima bello  
 Pectora ; continuo hinc atq; hinc pugna aspera fervet.

Haud secus adverso confligunt agmine venti  
 Austrinâ de parte Notus , tumiduque procellis  
 Africus , Arctoô Boreas glacialis ab axe ,  
 Eurûsque , Caurûsque , & tempestate sonorâ  
 Vel perflant nemora & montes , vel gurgite ab imo  
 Convellunt maria , & fluctus ad sydera tollunt.

Præfractis utrinque animis pugnatur , & ingens  
 Exoritur cædésque Ducum , fremitusque ruentum ;  
 Ante alisq; cadunt , stimulos queis bellica virtus  
 Admovet . Hos inter longos memorabilis ævo ,  
 Artagnane , jaces ; sed non ab ecta jacebit  
 Gloria , perpetuis longè dignissima fastis.  
 Vos quoque felices , pulcro queis funere fungi  
 Laudis amor , patriæq; dedit , præclara virûm stirps ;  
 Queis dono superûm fas est vicisse cadendo !  
 Non ea mors , sed pompa fuit ; majisque trophæis  
 Omnibus , alta urbis subter munimina victæ  
 Oppetere , atque hostes eodem tumulare sepulcro.

Haud potis est ultrà virtutis obsistere & armis  
 Franciadum Hollandus miles , retróque coactus  
 Cedere , vallum iterum vitori , arcemq; relinquit.

Nec minùs interea tormentis mœnia dudum  
 Quassa labant , cumuloque ruunt , ac pervia Regi  
 Claustra , sinuque urbis pandunt , vastaque ruinâ  
 Heroëm accersunt , cui cœlum & sydera pugnant.

Tum varij gliscunt motus ; timer anxius urget  
 Præfectum , Batavosque Duces , & pectora vulgi ,  
 Calvini infecit virus quæcumque malignum.

Ait contrà Romana fides quibus unica cordi est,  
 Sinceræ & pietatis amor, dulcedine mirâ  
 Exultant alacres, tot jam post lustra cupidam  
 Advénisse diem, quâ duris libera vinclis  
 Religio immanis sectæ, respiret, & aris  
 Fas contra creptis, valeat, templisque potiri.

Nec dilata diu spes vota precésque piorum  
 Sustinet, incassumque minas Farraius inanes  
 Iactat, & imbelles vocat in certamina turmas.  
 Námque ubi murorum disjecta repagula cernunt  
 Cives attoniti, Gallosque insidere vallo  
 Et fossis, assultum urbi, excidiūmque minari;  
 Agmine conveniunt crebro ad Prætoria, & urgente  
 Ingenti clamore Duceim, precibúsque, minisque,  
 Destinet ad Regem veniæ, pacisque sequestres.

Iam satis, ô auguste Heros, se Martia virtus  
 Hactenus exeruit; mitis clementia partes  
 Impleat, & blandum terrori adjungat amorem.

Tu quoque mutato, bellatrix Musa, tenore,  
 Lenior incedas, victori & tempora circum  
 Lauris paciferæ ramus se innectat Olivæ.

En Trajectini portásque & corda recludunt  
 Gratantes, Lo do i c e, tibi; ne gaudia differ  
 Festivamque diem, & plausus nunc urbis amicæ  
 Excipere accelera, faciemque ostende benignam.  
 Ipsi te, nec vana putas, ex æthere summo  
 Cœlicolæ invitant, radianti & \* Petrus ab arce  
 Augusti cætûs Princeps, cui credita clavis  
 Empyrei, ac lethi socius, consorsque coronæ  
 Paulus ad augustos accit blando ore triumphos.

B

\* Trajecti deditio pacta est die ultimâ Iunij, adeoque  
 ab diem Principibus Apostolorum, Petro & Paulo, factam

Iam tandem Hollandus discedere miles ab urbe  
 Cogitur, ut pactum; tamen hæc solatia victis  
 Largiri visum est, ut passis agmina signis  
 Incedant, cantuque tubæ & cava tympana pulsu  
 Festivo resonent; ut quisque accinctus in armis.  
 Fulgeat, & vel sic, prostratus gaudeat hostis  
 Sorte suâ, Regemque simul metuâtque, colatque.  
 Hunc ubi conspexit ferrisque auróque coruscum,  
 Desiliens Farrius equo, pronusque salutans,  
 Victori Augusto justos persolvit honores:  
 Non me infelicem penitus, vel clade putarim  
 Perculsum indecori, REX INCLYTE, parsq; triumphi  
 Est aliqua, Herois tanti cecidisse sub armis.  
 Hoc uno sortem incuso, quid me tibi sistat,  
 Invitum quamvis, hostem, castrisque mereri  
 Non liceat, REX MAGNE, tuis. Hæc infit, & oris  
 Majestatem altam dum suspicit, ipse vicissim  
 Præmia digna refert animi, vigilumque laborum,  
 Virtutis meritum decus, & præconia Regis.

At Trajectinos urget succensa cupidus  
 Impatiensque moræ, mox intra mœnia clarum  
 Victorem excipere, & vultus atque ora tueri  
 Principis, ac placidum cum majestate decorem.  
 Postquam fausta dies fulsit, læto agmine cives  
 Erumpunt portis; pars circumfusa plateas  
 Occupat; hi tabulara premunt, biforés ve fenestras.  
 Hi summis pendent tectis; per compita festus  
 It clamor; festis resonant & vocibus ædes.  
 Parfios credas hue transmigrasse, Molæque  
 Sequanicum illabi flumen, tot se undique signis  
 Prodit lætitia, ac modò nil hostile, feroxque  
 Vrbs præfert, nec se vietam meminit-ve, dolèt-ve.  
 Nec victorem in Te spectat captiva superbum,  
 Aut odit, metuit-ve; patrem sed sperat amantem,

Iamque probat, dum Tu, posto terrore minaci,  
 Ingredensis ceu pacificus bellator, & armis  
 Vteris ad pompam læti mitisque triumphi.  
 Primum acies, nunc corda capis; post mœnia crebris  
 Diruta fulminibus, vultu clemente subactis  
 Mentibus insinuas temet, refugisque timeri.

Qualis ubi post densam hyemē, cœlique fragorem  
 Terrificum, effusisque altis è nubibus amnes,  
 Sol placidos reddit vultus, radioque tepenti  
 Exhilarat terras, corda & mortalia mulcet.

Ergo, metu pulso, tenet admiratio cives  
 Attonitos; speciemque oris, nil triste minantem,  
 Et blandos oculorum ignes, frontemque serenam  
 Suspiciunt & amant; tali se Rege beatos  
 Iamque putant, gaudentque tuis se adscribere Francis.

Præcipue pietas postquam victoribus armis  
 Mixta micat, templisque iterum de more sacratis  
 Romuleo, ritusque sui, & redundunt honores  
 Accepti Superis, atque Hostia sisticur aræ  
 Impolluta, augusta, ingens, ac Numine digna.

Interea populos pennis delata per omnes  
 Fama volat, narrans Lodoici ingentia facta  
 Vix habitura fidem; Trajecti mœnia, & arces,  
 Ante suum penitus quam Luna impleverit orbem,  
 Prostratas, Francum patuisse potentibus armis.

Audijt, & promptæ sonitum mirata ruinæ,  
 Vix vicina sibi credit Germania, partimque  
 Aut stupet, aut metuit; nec non cunctator Iberus  
 Nequidquam infrendet delusas artibus artes,  
 Virtutique astum cessisse. Hollandia sed tu  
 Dudum immane ferox, decorisque oblita, deique  
 Quid tandem versas animo? Num foedera velles  
 Integra adhuc; & queis olim subnixa stetisti,  
 Regis amicitias? Nunc demum attrita tremisec

Invictum Heroa , & fastis depone superbos.

Non hostis tantum ; jam ferme Europa stupescit  
Sic munitam urbem , victam patuisse diebus  
Bis denis ; plures quæ quondam obfistere menses  
Evaluit tibi , Farnesi , Dux optimus bello,  
Vel tibi , Nassavi , proles animosa tremendi  
Hispano Herois. Quamquam munimine moles  
Multiplici adjectæ , ac fornax defossa cavernis  
Plurima in , accessos aditus plenosque pericli  
Objicerent , validasque novæ Carthaginis arces.

Attamen immensi Tu maxima causa stuporis.  
Ipse venis , operis tanti dum præses & auctor,  
Per Te cuncta regis , Tecum & , discrimine parvo  
Partitur sortem miles , bellique laborem.

Regibus haud vulgo mos est sic bella gerendis.  
Demandant alijs incerta pericula Martis,  
Perq; duces pugnant; atq; hi dum castra frequentant  
Sole sub ardenti , aut tolerant sub pellibus imbres.  
Hybernásque nives ; illi laquearibus aureis  
Fulgentes habitant ædes , ac mollia plumis  
Strata fovent , picta & securi prælia cernunt  
Obsecrásque urbes , ducuntque ex hoste triumphos.  
Quiem nunquā in campo , aut gravib' vidēre sub armis.  
Nón ita belligeræ Gentis decernere Reges  
Assuetunt ; Tūque in primis L O D O I C E , præire  
Fortius exemplo reputas , factisque docere  
Grandibus & belli leges , & fœdera pacis.

Nec tibi se comitem Frater , sociumq; laborum  
Abnuit , Heroique Heros virtute sequaci  
Insistit . Tecum ille urbes expugnat , & acri  
Incumbens studio , vallum , fosiásque pererrat  
Sedulus , hostilés ve acies certamine fundit.

Nec ferro tantum intrepidus , sed pugnat & auro  
Effuso largè in turmas , exempla sequutus.

Fraterna, & multo bellantes munere donat.

Dum Batavos magnus Lodoix magnúsq; Philippus  
 Certatiū oppugnant justis & fortibus armis,  
 Virtutum inter se exoritur pulcherrima pugna.  
 Magnanimos sensit, vigilésque audacior hostis;  
 Clementes, humilis; trepidus suppléxque, modestos;  
 Gallica sed quisquis meruit stipendia miles;  
 Magnificósque Duees novit; Patrésque benignos.

Par fratum augustum, genitrix vos Gallia, faustæ  
 Auctores fortis, mixto veneratur amore,  
 Æternósque sibi poscit. Sed sydera quando  
 Eripient terris dignos Heroas Olympo,  
 Sit vestrūm quivis numerosā in prole superstes,  
 Cœlum orant prece sollicitâ, votoque flagrantī,  
 Franciadum quoscumque salus & gloria tangunt.


Tuque, O délicium Patriæ, & pia cura Parentum,  
 Fortunate hæres regnorum, ac laudis avitæ  
 Designate Deo, tantis quæn sydera donis  
 Munifica ornarunt, D E L P H I N, spes altera gentis  
 Francigenæ, invicti spirans Genitoris imago;  
 Huc mentis generosæ aciem converte, Paternæ  
 Virtutisque viam observa; hic tibi discere belli,  
 Vincendique artes dabitur: Nam Cæsar's ingens  
 Vis animi, aut acer quidquid Pompeius in armis,  
 Scipiadæ vel fulminei gessere, vel audax  
 Ac felix Macedo, quicunque & Gallica sceptræ  
 Tractarunt Proavi Reges, Bellator in unum  
 Mox cumulum coget Lodoicus, & omnia vincet  
 Nomina, Magnificus, Sapiens, & Fortis, & Audax,  
 Clemensq; , Augustusq; , uno vel nomine, MAGNUS.




  
 DE LVCVBRATIONE  
 PROXIME SEQVENTI,  
 PRÆMONITIO:

**P**O ST scriptum à me, typisque vulgatum Poëma, seu maius triumphale carmen, de Trajecti ad Mosam expugnatione, meas in manus vénit Ode Gallica eodem de argumento, Auctore clarissimo Poëta D. Genest. Eam ego & Regi, totique proinde Aula Regiae, mirum in modum fuisse pro merito probatam placitamque audivi, & multum ad tantum Herois, tantique facinoris gloriam conferre posse ipsemet judicavi, si ad exteris quoque nationes Gallicæ lingue ignaras, tam eximia scriptioonis notitia pertingeret. Quæ me causa impulit, ut illi heroicis versibus latini quam fidelissimè reddendæ incumberem. Quod ut Auctori, viro cetero qui mibi antebac ignoto, compertum fuit, is me humanissimis literis enixè rogavit, ut meam illam interpretationem paterer simul cum varijs ejusdem Poëticis lucubrationibus, in laudem Regis elegantissimè conscriptis, conjungi, simulque excudi. Lubens cùm annuissem, peracti res est in libello Parisijs non ita pridem exiso. videlicet anno M. D. C. LXXIY. proximè clar-

Ufo. Cum ego viciissim varia carmina, subsecivis, ut consuevis, horio à mee lucubrata de victorys à Galliâ & Poloniâ altero, & præcedenti anno relatis, simul edere deliberatum aberem; de gratiâ humanissimo viro, ac Poëta præstantissimo puriter referendâ cogitavi. Quare, cum bona ejus vetiâ, Oden Gallicam simul cum interpretatione latínâ hic adnexam volui; unde meis quoque lucubratio nculis non parum venustatis ac pretij apud Nostrates Gallos accessurum: confido.



# SVR LA PRISE DE MASTRIC

ODE

Présentée à Sa Majesté au Camp de Vizet, quelques  
jours après la reddition de Mastric.

MUSES, vous le scavez, le zèle qui me presse:  
A montré ses ardens transports;  
J'ay pour le grand LOUIS surmonté ma foiblesse,  
Et tenté de nobles efforts,  
Mais qui pourra chanter sa dernière Victoire?  
En parler bassement, c'est la luy dérober:  
Et luy-mesme aujourd'huy, sous le poids de sa Gloire,  
Comme ses ennemis, il nous fait succomber.

Oùy, Prince, tes Grandeurz, tes Vertus plus qu'humaines:  
Dont l'éclat fait tant de Faloux,  
Tes Travaux infinis, tes glorieuses Peines,  
Te coûtent beaucoup moins qu'à nous.  
Nous sentons plus que toy les Soins que tu te donnes.  
Quand nostre foible voix ose les raconter:  
Et nous travauillons plus à faire tes Couronnes,  
Que toy pour les cueillir, & pour les meriter.

# INTERPRETATIO

EX GALLICO D. GENEST,

POETÆ CLARISSIMI:



**A**RDOR inextinctus quo me succenderit æstu,  
Vos pridem nostis. Musæ; & meminisse potestis.  
Ut dignum Cœlo Heroëm mea carmina ad astra  
Evehereupt, majora meis virtibus ausus.


At quis postremas lauros, victriçiaque arma.  
Eximius possit vates æquare canendo?  
Vox humilijs minuit decus ingens; & simul hostes  
Preconesque filios meriti Rex mole fatigat.




Sic est; virtutum, Princeps, decora alta tuarum.  
Quæ tot perstringunt oculos, seriésque laborum.  
Immensa, & Divûm splendori gloria suppar,  
Parta tibi impensa facili, studia omnia vatum  
Sollicitant; curæque tuæ nos amplius utunt.  
Quam Te, Magne Heros, tenui dum promere cantu  
Grandia molimur; minus; & vincendo laboras,  
Quam qui victori lauros, & carmen adornat.



Peuples, vous le voyez, la Fortune enchaînée  
     Est toujours soumise à ses Loix,  
 Vigilance, & Bonheur, Sagesse, & Destinée,  
     Conspirent à ses grands Exploits.  
 Il forme ses desseins avec tant de Prudence,  
 Qu'on diroit que sa main n'y prendra point de part;  
 Sa main les execute avec tant de Vaillance,  
 Qu'il semble que son Cœur commet tout au Hazard.



Comme un illustre Athlète à qui l'Art le plus juste  
     Apprend à conduire ses coups,  
 S'il trouve un Ennemy brave, ferme, robuste,  
     Ajoute l'adresse au courroux.  
 Il luy trompe les yeux d'une savante feinte,  
 En cent endroits divers semble ls mesurer,  
 Et luy portant enfin une terrible atteinte,  
     Le presse, le renverse, & le fait expirer.



Avec un Art pareil, ce Monarque invincible  
     Conduit ses progrès fortunez  
 Contre des Ennemis qu'un orgueil inflexible  
     Rend chaque jour plus obstinez.  
 Troublez & confondus par sa Marche douteuse,  
 Ils observent en vain ce sage Conquerant,  
 Qui poussant vers MASTRIC sa course impétueuse  
     L'approche, l'environne, & l'attaque, & le prend.



Er' vobis notum , Populi , ut fortuna subacta  
 Imperio subsit Lodoici ; útque inclyta virtus;  
 Sors felix , animus vigil , & prudentia solers  
 Consilia Herois regat , atque incepta secundet.

Hunc animo dicas solūm pugnare sagaci,  
 Nil tentare manu ; tanta est solertia mentis :  
 Sic idem ferrum tractat , Martēmque lacescit,  
 Ut totum dubiæ credas committere sorti.



Qualis ubi Pugil insigni memorabilis arte  
 Atque u., si fors generosum incurrat in hostem.  
 Robustumque acrēmque ; novā ut se laude coronet,  
 Iræ artem jungens , simul irā certat & astu.  
 Ictibus hic fictis oculos deludit , & omnes  
 Pertentans aditus , infestâ hinc inde premit vi ;  
 Dum tandem immanni transfigens vulnere pectus,  
 Urget atrox , sternitque virum , mittitque sub umbras.



Haud secus invictus cœptis felicibus Heros  
 Insistens hostes contra tumidōsque ferocésque,  
 Inque diem magis inflexos ? molimine tendit  
 Multiplici , infidos justo disperdere bello.

Turbati incessu ancipiti , vestigia tanti  
 Victoris frustra observant ; subito impete námque  
 Trajectum invadens , vallo circum undique cingit  
 Et premit , expugnatque , citi mox fulminis instar .

Rien ne le garantit : ny les vastes Ouvrages,  
Qui le couvrent de toutes parts ;  
Ny les fiers Désenseurs, ny les brûlans Orages,  
Dont il étonne les regards,  
Ny des feux enfermez l'effroyable Tonnerre,  
Dont l'effet imprévu devoit glacer les Cœurs,  
Et nous ouvrant par tout le centre de la Terre,  
Sur ses Murs abattus abattre ses Vainqueurs.

La Terre a beau trembler ; nul François ne recule  
Au milieu des Gouffres ouverts,  
Dans les Feux dévorans un plus beau Feu les brûle,  
Qui brave ces Perils divers.

La Mort armée en vain de tant d'affreux Spectacles  
Ne sert que de matière à leurs Faits inouïs ;  
Ils ne connaissent plus de Dangers, ny d'Obstacles :  
Ils regardent la Gloire, & sont vus de LOUIS.

Peuvent-ils faire moins quand ce Heros les guide,  
Et quels hazards vont-ils braver,  
Que cette Ame indomitable, & ce cœur intrepide  
Avec eux ne veuille éprouver ?  
De l'Airain embrazé la funeste tempeste  
En tombant à ses pieds vient menacer son Sort,  
Et le Plomb enflammé qui gronde sur sa teste,  
Va porter plus avant la Terreur & la Mort.  
Magnanimité




Magnanum contra Regem, cui militat Æther,  
Nil urbem tutam præstat; non aggere moles  
Elate insano, non fœti sulphure nimbi  
Flammivomo, fretusve animis, & robore miles;  
Nil ignis tonitru horrificum; fornace latenti  
Quod subito erumpens fremitu., & terrore sequaci,  
Sub pedibusque solum reserans, Cocytiaque antra,  
Victores sternit victæ sub moenibus urbis.



Nequicquam succussa tremit, vastumque dehiscens  
Terra barathrum aperit; manet impertitus omnis  
Francigena, immotusque loco, dum flamma medullis  
Nobilior gliscit, contemptrix flamma pericli.

Tot frustra intentat sævi spectacula Martis  
Mors armata, minax; hinc laudis copia crescit,  
Non metus; hos deinceps vix ulla pericula terrent,  
Gloria quos animat, L o d o i x spectator adurget.



Sub tanti quidnam Herois felicibus usq[ue]  
Auspicijs metuant, vel quæ discrimina tentent,  
Quæ non ipse prior, famæ immortalis amore,  
Rex adeat corde impavido, & victricibus ausis?

Ignito ære tonans tempestas effera Regis  
En ruit ante pedes, crepitatque sonore minaci;  
Quæque sacrum supra caput insonat ignea plumbi  
Grando furens, ultræ terrorē ac funera portat.

\*\*\* \*\*\*


*Ab ! Prince, où te conduit ton ardeur magnanime,  
Que tu ne scaurois moderer ?  
Que devient la Sageſſe & profonde, & ſublime,  
Que tu nous faifois admirer ?  
Qu'à tes autres Vertus ta Valeur eſt contraire !  
Qu'à tes propres Sujets elle caufe d'effroy !  
Mars eſt un Dieu changeant, enveue & colere ;  
Tout l'Univers te craint, & nous tremblons pour Toy,*

\*\*\* \*\*\*

*Ne fatigue plus tant le Ciel qui te ſeconde,  
Et s'attache à te concenter.  
C'eſt aſſez ; & MASTRIC vient d'inſtruire le Monde,  
Que rien ne te peut reſiſter.  
Epargne à noſtre Amour de plus longues Alarmes :  
De ton Trône élevé donne par tout la Loy :  
EFrendant à la FRANCE un repos plein de charmes,  
Laiſſe luy poſſeder. & ſa Gloire, & ſon Roy.*

\*\*\* \*\*\*

*Déjà de tes Explois ton cher D'AUPHIN ſoupiré,  
Il refufe de t'aplaudir.  
Penjes-tu q' avec joye il regarde un Empere  
Qu'il ne pourra plus agrandir ?  
Souſſe q'il trouve un jour à forcer des Murailles,  
Qu'il partage avec Toy les Reſpects des Humains :  
Eſt'exerçant en l'art de gagner aes Batailles,  
Qu'ces derniers Lauriers ſoient cueillis par ſes Mains.*



Quò rapit heu ! Lodoix; Quò te Mavortius ardor  
 Sic fræni impatiens ? ubi nunc sapientia tantis  
 Quæ digna imperijs , sublimem æquabat Olympo  
 Francigenum Heroa , & totus quam suspicit orbis ?

Visque adeone alijs virtutibus inclyta bello  
 Vis animi adversa , ingenti formidine cives  
 Concutit ? infido nam quæ fiducia Marti ?  
 Orbis te metuit , pro te dum Gallia pallet.



Munifici donis ah parcivs utere Coeli,  
 Addictique ruis votis sat , Maxime victor ,  
 Bellatum ; nunc & Trajectum prædicat orbis  
 Te contra nil firmum & inexpugnabile nitit.


Longos fiste metus tandem & suspiria amoris,  
 Solliciti ; justis pacatum legibus orbem  
 E solio moderare alto ; da , pace beata  
 Gallia , & augusto secura vt Rege fruatur.



Dilectus , viden' , ut D E L P H I N suspirat , & orfis  
 Grandibus invitus plaudit ? Qui lumine sicco ,  
 Lætusve adspiciat generosæ mentis Alumnus  
 Imperium , cuius nequeat producere fines ?

Augustum puerum consortem admitte triumphi ,  
 Et cultus popolorum , vrbesque arcæque relinquens  
 Quas capere , atque artem vincendi ediscere possit ;  
 Gaudeat & Patri lauros carpfisse supremas.

C ij



R E G I  
P O S T S E Q V A N O R V M  
P R O V I N C I A M ,  
I T E R A T O S V B A C T A M .  
E P I N I C I V M .

**Q**UAE nova bellacem rapis in certamina Musam,  
Magne Heros vix, edomitum victricibus armis  
Traectum arce ferox, ac vestigalibus undis  
Sub tua jura Mosam cecini jam lenè fluentem;  
Ecce alij surgunt majori ex hoste triumphi  
Continuâ adnexi seric, victoque Batavo,  
Ille adeò latè imperitans, succedit Iberus,  
Accumulatque tibi palmas; neque copta moratur,  
Conjurata licet jungat Germania turinas;  
Nempe unus, quamvis numero, sufficis hosti.  
Nec te victorem, prostratis molibus aliis,  
Nunc urbs una facit; sed præstans ubere glebae,  
Atque viris, armisque potens Provincia, collum  
Vita jugo subdit, justi in præludia belli.

C ii

Sequanus, ille audax quondam, dudumq; retentæ  
Libertatis amans, jam tandem Galica Sceptra,  
Detrectata diu, renovato jure veretur;  
Iamque Vesontinæ turres, atque ardua rupis  
Arx imposta jugo, jam propugnacula Dolæ  
Frustra instauratis, iterum cecidere, ruinis.

Tantarum seriem fit fas evolvere rerum,  
Et versus æquâ se majestate ferentes  
Fundere, regali sit Musa ut digna tropæo.

Id sperare ausim, me si Mavortius Heros  
Numine regifico afflari, quo grandia cœpta  
Ipse suo peragit nutu, & discrimina tentat  
Impavidus, quæ Galli horrent, quæ suspicit orbis.

At tu, Progenies invicti generosa Parentis,  
DELPHIN, magnanimo spirans jam pectore Martem,  
Exiguos quamvis ne dedignere Poëte  
Conatus; sed materiem quocunque cothurno  
Majorem specta, dignam &, cui sudet, omisso  
Pelide, ac Laertiade, divinus Homerus;  
Quam, præ Trojogenâ, Vates Romanus amasset.

Impetu fulmineo Lodoïx postquam ardua claustra.  
Fœdifragæ irrupit gentis, Rhenique tumentes.  
Edomuit fluctus, frusta obnitente Batavo,  
Munitæque arces cessere, urbæque, potenti  
Dextrâ expugnatæ, aut Regis terrore sequaci;

Continuò, ut fama est, Stygijs erupit ab antris  
Dira cohors, Gentî auxilium latura superbæ;  
Quam sibi Rex Erebi, non uno fœdere, vinxit.

Antevolant geminæ Peste, quarum una malignum  
Invidiæ inspirat virus; timidam altera mentem  
Exagitat, tristî consternans corda pavore.

Iamque adeo jussa expedient, paſlimque per aulas  
Finitimas, Procerum falsis rumoribus aures  
Primum implent; curis ðicin anxia pectora turbant;

Quæ vos segnities? Quæ rerum incuria blando  
 Delinit somno incautos? En Gallicus Heros  
 Signa infert latè victoria; Iamque Batavis  
 Impete prostratis primo, se effundit adusque  
 Extremas Rheni fauces, Isalæque, Mosæque;  
 Vixque modò Amstellæ victorem à mœnibus arce  
 Aquoris effusi vallum; campique natantes  
 Gurgite sub salso; nee jam spes ulla favere  
 Heu! desperatis valeat, nisi fortè voraci  
 Injectus tectis flammâ crudelior ignis.  
 Protinus ast illinc se longè incendia fundent  
 Ac latè, passimque urbes, vicinaque regna  
 Corripiunt; sibi mox metuat Germanus, Ibérque,  
 At Belga ante alios, propior vel Sequanus igni  
 Firmus nam quis obex? Quæ propugnacula sistant  
 Liligerum Heroa; & felicia cœpta retardent?  
 Ergo agite; inque unum mox arcto fœdere vincit;  
 Conspirate viri; timeat, qui terruit omnes.  
 Vos causa unanimis faciat, quos nomina mille  
 Dissociant; neu Relligio, fœdusque, fidésque  
 Sollicitent animos, dum vos victoria Galli  
 Subtrahat imperio, totum qui commovet orbem.  
 Hæc dum Diræ animis; atque his pejora, malignæ  
 Insinuant, variisque crient formidine motus  
 In sua damna acri; fervent agitata tumultu  
 Omnia; & Hispani ad hænum Germania frenderis  
 Arma rapit, tentatque iterum discrimina Martis,  
 Necdum obducta licet sit plagæ antiqua cicatrix.  
 Qualis ubi Pugil, infensi quem gloria pungit  
 Victoris stimulo haud mollis; quāquam ægra fatiscunt  
 Vulnera adhuc genua hesterno, feta prælia rursus  
 Expedit, exitioque ruit male-cautus; & hostem  
 Dum feriat, gestit lethali occumbere telo.  
 Interea Francum Genius qui præsidet Aulas,

Invictique animum Regis , dextramque gubernat;  
 Seu pax concedenda hosti, bellumve gerendum;  
 Heroi in somnis manifesta in luce videnduna  
 Se dedit, atque ipsis succedit vocibus iras.  
 Quae tibi nunc, LODOICE, animo sententia surgit?  
 In Te unum dum tot gentes, velut agmine facto,  
 Conspirant, palmamque tibi, jura omnia contra,  
 Eripere incassum tendunt? Age, foedera faxo,  
 Quae livor male conjunxit, viatrice resolvat.  
 Dextram ulti, multisque licet, non hostibus impar.  
 En quae circumstant, comites tua castra fovebunt  
 Cœlestes Divæ; ante alias, quæ præsidet armis,  
 Tela simul, dextramque reget generosa Virago;  
 Consilio & cœptis præerit Prudentia solens,  
 Et Fortuna simul, quæ justè incœpta secundet;  
 Cœloque allabens Victoria, signa sequetur  
 Regia, & æternâ cinget tibi tempora Lauro.

Sunt tibi præterea præstantes robore & armis,  
 Militaque usu longo, longâ arte periti,  
 Multarumque Duces palmarum. Est inlytus Heros  
 In primis, belli fulmen, tibi sanguine junctus  
 Condæus, quem Teuto ferox, quem sensit Iberus,  
 Belgique victorem toties. Huic proximus adstat,  
 Tot clarus Lauris, & Marte Turenus acri,  
 Quem Batavus pavet, & fractis Germania turmis.  
 Quid Nayallæuni, Luxemburgumque, tremendum  
 Hollandis nomen, memorem; insignemque tropæis  
 Scombergum Hesperijs, Fulladæumque periela  
 Quem tibi tot charum fecere, & sanguine avito  
 Vis deducta animi? Quid cætera nomina, Marcis  
 Incisa in templo dudum, tibi nota, mihique?  
 Hos potes Hispanoque una, audacique Batavo,  
 Austrasiisque, & Teutonico, jam fœdere junctis  
 Objiceret, & certas sperare hinc undique palmas,

At tibi Sequanicæ debetur Laurea gentis  
 Præcipue: hanc iterum imperio submittere Francum  
 Fas & jura sinunt; justæ nec sidera causæ  
 Deficient. Mox aggredere, & viætricia latus  
 Signa move; neu te madidus pluvialibus Austris,  
 Necdum opportunus bello, deterreat annus.  
 Cui vicisse hyemem licuit, brumâsque, nivésque,  
 Concretosque gelu fluvios; superare licebit  
 Imbriferi humorem Veris; mercésque laborum,  
 Incrementum ingens hinc martia gloria ducet.

Hæc animo Herois Dñis quæ suggestit Autor,  
 Altè impressa hærent, resfovèntq; in pectore flamas  
 Magnanimo accensas: qualis violentior Eurus,  
 Sponte suâ ardentes, flabris exsuscitat ignes.

Nunc, O Martis amans Erato, Regum ardua facta  
 Quæ canis, & laudes meritis ingentibus æquas;  
 Queis animis Magnus Lodoix, quâ-ve arte feroce  
 Contuderit populos, geminâ quando urbe potitus,  
 Sequanico tractu vicos exègit Iberos,  
 Vatem Diva doce, atque audacibus annue cœptis.

Vt primùm rupto accepit Rex fœdere pacis  
 Vndique conspirasse hostes, totamque sub armis  
 Hesperiam, Belgâmque trucem, septemque Triones  
 Fervere, & innumeras hinc inde accurrere turmas;  
 Excelsam attollit frontem, & se fuscitat irâ  
 Ingenti, bellumque parat non hostibus impar.

Qualis ubi Leo Marmaricus, quem forte molossi  
 Agmine circumstant denso, & latratibus urgent  
 Raucisonis; multos quamvis interritus usque  
 Despectat, frendënsque gradu se ostentat ovanti,  
 Ambiguisque hæret, cui primò destinet ictum  
 Lethalem, & fulvâ laniatum extendat arénâ.

Haud secus armipotens Heros, dum fœdere nexas  
 Conjurasce videt tot se contra undique gentes;

Lætitiâ impavidus gestit ; nam crescere palmas  
Hinc novit, laudemque sibi, quâ tollere possit  
Fama immortalem cœlo, & producere Regni  
Iure novo fines, disruptæ ob vincula pacis.

Ergo, inquit, nostris olim quæ subdita sceptris,  
Hispanum est perpessa lugum provincia longi  
Lapsu ævi, redeat tandem sub Gallica jura  
Legitimis asserta armis ; hæc præmia laesæ  
Sint fidei ; ista novis sunt debita munera pactis,  
Hac mereatur Iber iustâ mercede Batavo.

Protinus, ad nutum Regis, sub signa cohortes  
Confluxere; ruunt peditumque, equitumque manipuli  
Quadrupedum pulsu tellus concussa tremisicit.

Armorum strepitu horrifico, & rumore minaci  
Belga pavet, trepidat Batavus, iam fulmina Magni  
Belligera haud pridem Lodoicer expertus uterque.

Sequanicos tamen hæc spectant, quos abnuit audax  
Hesperius belli immunes partem inter utramque  
Degere ; sed multò stabit fiducia Ibero.

Regali se primùm offert seges ampla labori,  
Urbs antiqua, opibus pollens, atque arce superba;  
Chrysopolin veteres dixerunt; Vesuntio deinceps  
Dicta tulit nomen : lento quam gurgite Dubis  
Hinc atque hinc cingens, intersecat, ac geminus mons.  
Parte ex adversâ, celso velut aggere claudit.

Præsidium accedit numerosum, & nomine clarus.  
Sanguineque, & gestis Princeps, qui se intulit urbi  
Obsessæ, turmis spes ut civilibus addat  
Ingentes, Ducis adventu, validisque catervis  
Austrasi, quem belli insignem reddidit usus,  
Ætasque, & nullis virtus infracta periclis.

Quin etiam adversis cœlum, atq elementa putares  
Conspirasse armis ; tantus se nubibus imber  
In castra effundit, vallumque, operumque labores.

Diluvie immissa tardat, tractusque viarum  
Impedit humore undantes, cœnoque tenaci.

At magis Herois virtutem obstacula tanta  
Exstinctant, Gallosque duces, quos lumina Regis  
Exemplumque ingens animat, victoriaque istis  
Certa sub auspici s. Hostes, licet usque feroce,  
His supetasse parum est; uuat ipsa elementa, Notosque  
Vincere nimbosos, & foetas imbribus auras.

Quicis cessere ignes Trajeti ad mœnia nuper,  
Impete dum rapido erumpunt fornacibus iniis,  
Saxaque, Seminecésque viros jaculantur in altum;  
Humetensne Austros metuant, pluviásque sequentes?

Iam præmissus eques se circumfuderat urbi,  
Ac subito insiliens, aditus præcluserat omnes;  
Magnanimi ille quidem ductum & vexilla sequuntus  
Enguinei, hic Patris exemplum, & Mavortia facta.  
Parva mora est, Rex ipse, omnisque exercitus una,  
Bellicaque armamenta adsunt; mox ducitur agger  
Obsecrare ad muros urbis, fossaque meatu  
Obliquo sensim serpentes; æneaque alto  
Sæggestu tormenta tonant, & fulmine crebro  
Mœnia disjiciunt, atque ardua tecta domorum.  
Nil tamen his milésque ferox, civésque moventur  
Intrepidi; instigant fictis rumoribus iras  
Scilicet auctores varij, dum extrema minari  
Francigenas suadent, & vincula immania vici.

Attollunt animos alij, spe tamque própinqui  
Auxiliij firmant; malto nec milite Gallos  
Invasisse utbem, nec Regem adsistere castris.  
Multaque præterea fictorum oracula vatim  
Addant falsiloqui, quæ tutam ex hostibus utbem,  
Victricemque ferant; avidas mendacibus aures  
Et mentes dictis præbet variabile vulgus.

At mox præsentem proprio discriminé Regem

Intonat ; atque viam vītrix dum flamma per auras  
 Rūperit , absiliunt immenso fulgura tractu ;  
 Mox dirūm crepitans fulmen latè obvia sternit  
 Seu nemorum capita, aut celsæ fastigia turris.

En armis tandem tremefacta Vcluntio portas  
 Vīctori referat , simul & clementia , vīctis  
 Æqua , sinum Herois paudit ; gaudētque vīcissim  
 Parcere subjectis , queis vinci est muneris instar  
 Præcipui , & tanti imperio se subdere Regis.

Arce tamen , natura loci quam muniuit , altæ  
 Impositam rupi , sisus Valdmontius acer ,  
 Præfectusque animis audax , & utrumque sequuti ,  
 Gloria quos stimulis forsan majoribus urget ,  
 Molibus inclusi validis , obsistere contra  
 Liligeras acies summâ nituntur opum . vi.

Frustra : nam subitò excelsi de culmine montis  
 Tormentis L o d o i x iratus fulminat ; & jam  
 Mœnia terrifico titubant concussa fragore ,  
 Præcipitique cadunt cumulo , subitaque ruinâ  
 Defensorum agmen tumulant ; pavor undique cingit  
 Turbidus obfessos , atque effera mortis imago .  
 Iam signa evexit vicinæ in vertice molis  
 Victor ovans Gallus ; jam disjectæ imminet arci ,  
 Excidium & stragem intentans , ni dedere scie  
 Ociùs accelerent vīcti , portâisque recludant .

Ter quinos igitur dum summo enectus Olympo  
 Sol orbes peragit , Lu d o v i x ( mirabile dictu ! )  
 Arcis inaccessæ moles , urbemque potentem ,  
 Sequanicos , cùmque Hispanis , elementa subēgit .

Nec tamen hīc finis , magnorū aut meta laborum ;  
 Quin aliæ ex alijs Palmæ , celeresque triuñphi  
 Irrequietum Heroa vocant . Famosa , feróxque  
 Dola , Vesontino , accedit , nil territa casu ;  
 Vītricæsque audet turmas , Regemque tropæis .

Tot celebrem , rursum nisu irritare superbo.  
 Nempe suis fudit , quæ propugnacula jamnunc  
 Surrexere solo ; numerolo fudit , & acri  
 Milite defensa , & Præfecti fortibus ausis;  
 Martia quem virtus , generoso & stemmate clarum  
 Spinolidūm genus extollit ; tela ille , minásque  
 Sustinet immotus primūm , responsaque Regi  
 Se digna , atque Atavis mandat , queis nobilis ira  
 Exarxit L o d o i c o , & magno in pectore ferver.

Ilicet urbs premitur pugnaci cincta coronâ ;  
 Iámque propè ad mures sinuoso tramite fossa  
 Dicitur ; Interea roboant ex aggere celso  
 Tormenta , & turres repetito , fulminis instar ,  
 Displosu quatiant , tectis-ve incendia miscent.

Iam Galli , vallo avulso , succedere ad arcem ;  
 Iam mōlem superare altam ; jam irrumpere certane  
 Vrbis in assultum , ni mox denso agmine miles  
 Irruat Hesperius , Gallumque exturbet , ab alto  
 Dum pluit in capita instantūm plumbi ignea grando  
 Saxáque , & é summis effusa incendijs muris.

Exoritur cædes ingens , atque effera pugna  
 Hinc atque hinc : quales siquando in prælia tauri ,  
 Quos furijs incendit amor , Libycive leones  
 Adversi insurgunt ; hi cornibus , unguibus isti ,  
 Rictuque immani dum certant , undique fuso  
 Sanguine terra madet ; resonat clamoribus æther  
 Horrificis , ancépsque diu victoria nutat.

Dextera sed Regis tandem , & Mavortius ardor  
 Ex ore augusto erumpens , formidine sternit  
 Sequanicos , Francisque novas in pectora flamas  
 Suscitat , in prædam arrestis , palmásque propinquas .  
 Námque ubi jam muri labes , vastásque ruinas  
 Dolani cernunt cives , victoris amorem  
 Prensant solliciti , & clementes Príncipis iras.

Nec te supplicibus durum, Rex optime, præbes,  
 Quem pietas, quem mollit amor; neq; vincere certas  
 Hostis in exitium. Quas ergo Vesontio leges  
 Accepit, nunc Dola subit; Gnatoque, Patrique  
 Subdita, Gallorum imperio se denique reddit.

Tempore namque illo in castris DELPHINUS agebat  
 Augustus puer, exorsus sub Patre Magistro  
 Annorum tyrocinium, jámque ardua spectans  
 Æmulus exempla, ut vincendi disceret artes.  
 Quin etiam formæ illecebris, pulcraque tenelli  
 Majestate oris potuit, blandumque suadâ  
 Expugnare animos lingua, vetricibus armis  
 Ni jam cessissent vieti, & virtute Parentis.

Ergo agedum, Magni spirans Genitoris imago,  
 Delicium mundi, mixtus cui terror amore  
 Devincire hostes queat, & submittere sceptro  
 Franciadum; celebri jamnunc, meritoque triumpho,  
 Vrbi tē devictæ infer, feirique coruscus,  
 Atque auro, plausus inter, lituosque canoros  
 Ingredere, à tenero & claris assuesce tropæis.

En læti jamnunc positâ formidine cives,  
 Adscriptique iterum Francis, erumpere portis  
 Pars gaudent; alij tabulata, aut tecta domorum  
 Impleveré, ardenteque Patrem, Gnatumque tueri;  
 Attonitiique hærent, plūsne admirantur, ament-ve,  
 Dum terrorem ille, hic blandos dum spirat amores.

Quin etiam mœsti exultant, mixtaque dolore  
 Lætitia; tanto reputant se Rege beatos,  
 Inculantque iras dudum sibi sortis iniquæ.  
 Ergo multiplici assurgis, Rex Maxime, palmâ;  
 Primum urbes vi belligerâ; dein corda revincis,  
 Virtutum miti imperio; Et sic vincere mavis,  
 Inque animis regnare, ut terror cedat amori.

Nec mora, certatum scese Provincia, justo

52  
Partim victa metu, Francumque potentibus armis,  
Dedit; & illecebris partim victricibus almi  
Principis, externaque libens se compede solvit.

At Tu, invicte Heros, pulcro, celerique triumpho  
Securus gaudie, felicisque omine latus  
Incepisti, quocunque duces regalia signa  
Intulerint, seu Teuto instet, seu Belga Batavis  
Coniunctus, vel Iber, socialis foederis Auctor;  
Palmarum spera segetem, quas sidera spondent.







AD

**SCVLPTOREM**  
**REGIS STATVÆ FINGENDÆ**  
**ET POLIENDÆ DIUTIUS INSISTENTEM.**

**CARMEN,**

PICTAVII SCRIPTVM AN. 1667.

*Cùm Statua Ludovicō xiv. Collegij Pittav. Societatis Iesu, Fundatori, in Fronte ejusdem Collegij poneretur.*

PHIDIACO quisquis scalpro, & mortalibus ausia  
 Heroēm saxo educis, vitāmque rigenti  
 Materiæ inspirans, LODOICUM in marmore sistis.  
 Spectandum; ars animum Artificis spe lactat inanis.  
 Æmula naturæ, & vano conamine ludit.

Tu potes utcunque augustæ cervicis honorem,  
 Majestatem oris, cultūisque insigne verendum  
 Regifici, duro insudans effingere Saxa.

Felix laude novā, & nostro mirabilis ævo.

At quas munificæ virtus operaria dotes  
Naturæ, Regem informans, superaddidit; altæ  
Mentis opes, vasti ingenium per singula membra  
Imperi) sese iusinuans, animique vigorem  
Intrepidū, medio licet in discrimine Martis;  
Crede mihi, nullâ potis est imitarier arte  
Quamvis docta manus; nec si remearit ab umbris  
Praxiteles quicunque, potens animare metallum  
Artifici dextrâ, aut saxis insculpere vitam.

Divinæ est hoc artis opus; Regem astra dēdēre  
Exorata diu Terris; sunt munera Coeli,  
Quæcunque exornant magnæ penetralia mentis.

Esto igitur, Martem spiret Regalis imago  
Ipso etiam in Themidis, tranquillæ & pacis amictu;  
Esto, vel sceptri nutu perterreat hostes  
Dextra minax, vultusq; ardens. Hęc Regis adūbrant  
Signa superficiem extremam, dum Maximus Heros  
Parte sui maliore latens, bene lumina fallit:





## SONNET AV ROT.


**G**rand Roy, vos ennemis ne trouuent point d'azile;  
Vous les faites trébler sur leurs plus forts rāvans,  
Et le Rhin qui lorna les progrès des Césars  
N'oppose à vos Explois, qu'un murmure inutile :

Mais rendez nostre espoir plus sûr & plus tranquille,  
N'allez plus de si près affronter les bazarz ;  
Troye a vu dans ses champs couler le sang de Mars,  
Et Paris fut trouver l'endroit fatal d'Achille ;

*Vous avez trop suivi l'heroïque Valeur  
Qui vous porte au peril avec tant de chaleur,  
C'est , c'est trop exposer le bonheur de la France ;*

*Ménagez mieux des jours à nos vieux accordez,  
Le Ciel sur vos destins fonde nostre esperance,  
Et rien ne peut valoir ce que vous bazardez.*





# INTERPRETATIO

**N**il validum, Rex Magne, hostes vicitribus armis  
Objiciunt, media inter propugnacula terres  
Seinianimes: & Cæsareis impervius agger  
Agminibus, Rhenus jam murmure pugnat inani:

At Tu securas magis, ò, spes effice nostras,  
Tranquillasque magis; propriisque pericula adire  
Desine; Trojanos tinxit Mars sanguine campos,  
Fatalémque Paris talum detexit' Achillei.

Permissos ultra fines heroïca virtus  
Te rapuit, totque in discrimina Martius ardor;  
Vilior est tibi Francigenum fortuna, salisque:


Concessos Populi votis ardentibus annos  
Cur spernas? spes nostra uno Te ntitur omnis;  
Ah tanti Caput augustum quid Principis æquet?





SUR LA NAISSANCE  
DE MONSEIGNEVR  
LE DVC D'ANIOV.  
MADRIGAL.

**T**andis qu'aux bords du Rhin par sa seule presence  
Loüis fait tous les jours trembler ses ennemis,  
Le Ciel luy donne un second Eils  
Pour pouvoir apres luy soutenir sa Puissance.  
Si chaque jour ce Monarque Vainqueur  
A d'autres conquestes aspire,  
C'estoii trop peu qu'un Successeur  
Pour la grandeur de son Empire.  
Puisque rien aujord huy n'arrête ses Explois,  
Il gagnera bien-tôt dequoy faire deux Rois,  
On verra ses deux Fils avec même avantage  
Regner sur cent Peuples divers ;  
Et partageant leur Héritage  
Ils partageront l'Univers.





# INTERPRETATIO


*EX GALLO PETRI DE VILLIERS*

*Societatis JESU.*

**D**V M Rheni ad ripas Lodoicus fulminat armis,  
Dux ipse ingentis belli, Patrem astra secundo  
Pignore amica beant, longa ut post fata superstes  
Vlque sibi, regnoque potens, in prole triumphet.  
Si victor palmis palmas, atque urbibus urbes  
Rex quavis luce accumulat, quam provida faustis  
Auspicijs, aliam sobolem dant sidera Patri!  
Nempe unus tanto imperio non sufficit haeres.

Nil quando iuvicti felicia cœpta moratur  
Herois, gemino Regi duo regna parabit  
Ilicet, atque una gnatos dominarier ambo  
Sorte pari latè in populos mirabimur; & si  
Partiri fors contigerit sibi jura relictæ,  
Divisus cedet geminis hæredibus orbis.





SUR LA MORT  
DE MONSIEUR  
**LE DVC D'ANIOV.**  
**MADRIGAL.**

**I**l meurt ; & la cruelle Parque  
 Ne l'a point épargné, ce Prince que mes vers  
 Avoient destiné pour Monarque  
 A la moitié de l'Univers.  
 Ma Muse me trompa quand elle me fit dire,  
 Qu'il falloit au Roy plus d'un Fils  
 Pour conserver tous les Pays  
 Que son bras chaque jour soumet à son Empire ;  
 Non, non, quand satisfait d'avoir mis sous ses Loix  
 L'un & l'autre Hemisphere,  
 Il borneroit le cours de ses fameux Explois ,  
 Le DAUPHIN seul pourroit tout faire ;  
 Et l'on verroit le Fils à l'exemple du Pere  
 D'un Empire si grand soutenir tant le poids-



**INTERPRETATIO**

\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*  
\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*  
\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*  
\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*†\*s\*

# INTERPRETATIO

*EX GALLICO E FUSDEM AUTORIS.*

**H**eu ! moritur ; Parcæque jacet sub falce cruentus  
Regius ille infans, nuper quem carmine vates  
Fatidico, cecini Regem, si fata dedissent,  
Diviso mundi imperio, cum Fratre futurum.

Me mea Musa, pio nimium dum indulget amoena,  
Delusit, Patri quando prolem Astra secundam,  
Quæ regeret populos felici Marte subactos,  
Debere ah ! demens dixi, non omne fausto.

Attamen invictis postquam Rex Maximus armis  
Iuri Francigenum totum submiserit orbem,  
Sicque modum tandem ponet victoribus ausis;  
**D**E~~L~~P~~H~~I~~N~~US mores Patris, atque exempla sequutus,  
**V**nicus, & tanti Herois non degener hæres,  
Sustentabit onus, vasta nec mole fatiscer.





SERENISSIMO PRINCIPI,  
DVCI AVRELIANensi,  
REGIS VNICO FRATRI,

Ejusque bellicis in expeditionibus, & laborum  
& gloriae consorti.

SYMBOLVM HEROICVM:

*Speculum crystallinum Solis radios excipiens,*  
*& reflectens.*

LEMMA.

MUTUVS HINC SPLENDOR.

CERNIS,, ut Astrorum summo Rex arduus axe  
Latè coruscum spargit in terras jubar,  
Si fors adversum speculi respexerit orbem,  
Lævi nitentem marmore, & denso sinu;  
Sol novus appetat confessim, & luce reflexâ  
Sese vicissim fœnore augent mutuo;  
Alter & alterius proprio splendore resulget,  
Vnūmque Solis lumen, & speculi emicat.

Sic Magno concors Fratri, consorsque PHILIPPE,  
 Periculosa dūm aleam belli subis,  
 Te vocat ex æquo in partem Martisque laborum,  
 Et militaris gloriæ, Rex inclytus.  
 Conjugis augustæ seu bello jura reposcit,  
 Armisque Belgas terret, ac victorijs;  
 Fœderis aut læsi poenas æquissimus ulti  
 Repetens, Batavum insana, propugnacula  
 Subruit, atque Mosæ subigit, Rhenique tumentes,  
 Isalæque fluctus, ipsi & Amstellæ imminet;  
 Trajecti-ve quatit turres, nec molibus altis,  
 Nec sulphuratis territus cuniculis;  
 Sive Vesontinas arces, aut mœnia Dolæ  
 Expugnat ardens Marte ineluctabilis;  
 Fraterno lateri comes indivulsus inhæres;  
 Patiens laboris, immemor periculi;  
 Noctes, atque dies volitas per castra; nec Auster  
 Nimbosus obstat, nec flagrans Canicula;  
 Te licet obstetrix nascentem excepit ostro,  
 Et délicato foverit nutrix thoro.  
 Heros námque animo præstat, quem Martia virtus  
 Testatur. Astris inde Borbonidæ additi  
 Immortale decus Genti meruete, sibique.  
 Hac Tu, PHILIPPE, lucidâ Cœlum viâ  
 Affectas; laudisque urget Te nobilis ardor,  
 Herois Heros dum teris vestigia.  
 Talibus auspicijs Orsoni mœnia, Princeps,  
 Quassata, quinos Sol ut orbes conficit,  
 Expugnas; celsæ ne te, Zutphania, turres,  
 Fossæque, necnon militares machinæ,  
 Impete defendunt valido, & victricibus armis.  
 Rex ipse celerem prædicat victoriam,  
 Fratrisque exorsis latatur, & omine fausto,  
 Gestisque luce duplici augeri decus.

64  
Ceu quando Solis radijs splendescit, & auro,  
Chrystallus, INDE MUTUUS FULGOR MICAT.





POUR SON ALTESSE ROYALE,

MONSIEUR

LE DUC D'ORLEANS,

FRERE UNIQUE DU ROY;

Sur la gloire qu'il s'est acquise en accompagnant Sa Majesté dans ses expéditions militaires, & en partageant l'honneur de ses travaux & de ses conquêtes.

### DEVISE HEROIQUE.

Va miroir qui reçoit, & qui reflète les rayons du Soleil.

MUTUUS HINC SPLENDOR.

L'UN REFLECHIT SUR L'AUTRE UN MUTUEL ECLAT.

Imitation de l'Ode précédente.

L'ASTRE qui fait l'honneur & le plaisir du monde,  
Qui parmi tant de feux éclate en Souverain,  
Rend sa lumière féconde,

Si quelque beau crystal luy présente son sein ;  
Alors dans cette glace épaisse & bien polie  
Sa beauté s'enrichit d'un retour de splendeur,

Il se concentre, il se replie,  
Ils ne brûlent tous deux que à une même ardeur.

Ainsi, Prince, par tout où Loüis suit la gloire,  
Ce Frere conquerant te trouve sur ses pas;  
Il partage avec toy l'honneur de la victoire,  
Comme la peine des combats.

Soit qu'un Amour guerrier dans la Flandre étonné  
 Demande avec succez les droits de l'Hymenée;  
 Soit qu'il mette le fer dans les mains de Thémis  
 Pour punir justement le Bataue infidele;  
Que les murs abattus, que les peuples soumis  
     Respectent sa gloire immortelle;  
Que le Rhin, & la Meuse, & l'Issel dans l'effroy  
En grondant à la Mer aillent porter leur plainte;  
Qu'Amsterdam soit saisi de crainte;  
Soit qu'il force Mastric à recevoir sa loy;  
Que Dole & Besançon d'un Mars sentent l'atteinte;  
Tu te plais aux dangers à côté de ton Roy.  
 On t'a vu comme luy jour & nuit sous les armes  
 Contraindre les saisons à seconder ton cœur,  
 Gbercher dans le peril le beau nom de Vainqueur,  
     Quoy que nourri parmi les charmes.  
 Un Prince doit sa gloire à sa propre vertu.  
     Il est grand s'il a combattu;  
Les Bourbons dans les Cieux ont ainsi pris leurs places.  
PHILIPPE, je te voy monter au même rang,  
Quand je voy ta valeur, je reconnois leur sang,  
Je connois qu'un Heros d'un Heros suit les traces.  
 Sous un si beau destin tu fais par ta présence  
 Battre Orsoy dans cinq jours, & rompre ses ramparts à  
     Et contre un seul de tes regards  
     Zutphen n'a ni tour, ni défense.  
 Ces grands commencemens ont étonné Louïs,  
 Ce Soleil voit en toy ses rayons refléchis,  
 Tu mêles dignement ta gloire avec la sienne;  
 Dans ton bras, dans tes yeux, c'est Louïs qui combat,  
 Ce qui fait sa grandeur augmente aussi la tienne;  
 L'UN REFLECHIT SUR L'AUTRE UN MUTUEL ECLAT.

Jean Bouzonie. I.

49  
CONDEO CONDEO CONDEO CONDEO CONDEO

SERENISSIMO PRINCIPI:  
**CONDÆO,**  
**INVICTO SEMPER HEROI,**  
POST VICTORIAM  
DE GERMANTIS, HISPANTIS, ET BATAVIIS  
AD SENEFVM RELATAM.  
**E PINICIVM.**

BORONIDUM, Condæo, decus, cui bellica frontem  
Laurea præcingens vel adhuc juvenilibus annis,  
Addidit Heroi famæ immortalis honorem;  
Si mihi fas canere invictæ Mavortia dextræ  
Prodigia, antiquisque novas adnectere Lauros;  
Devotæ pridem tibi vectigalia Musæ  
Munera, & æterni officij inviolabile pignus.

Non dicam, ut primâ sparsus lanugine malas,  
Rocroix ad muros, acri certamine fractas.  
Fudisti Hispanas aeies, præsagiaque orsis.  
Grandibus, Heroæ virtutis læta dedisti;  
Non ut Teutonicis iteratò victor in oris,  
Impete Norlinguam, & Friburgum incusseris uno,  
Signaque Liligera, & vistrices undique turmas.

In morem torrentis agens , vel turbinis attri,  
Cæsareis celeres Aquilis succidēris alas.

Non erecta loquar prostrato ex hoste tropæ  
Lentiacis latè in campis , ubi sanguine Ibero ,  
Germano , Austrasioque solum , tabentiāque arva  
Immaculére diu ; lethali hinc vulnere cælus ,  
Semilacérque Leo tibi Belgicus ora reflexit:

Nam quid ego arentes palmas , veteresq; triūphos  
Commemorem , viridi dum se victoria Lauro  
Argumentum ingens offert , vatēmque reposcit.

Nunc mihi Seneti colles , ignobile nomen  
Hactenus , at gestis famosum , & Marte recenti  
Francigenæ Herois ) lato in præconia canipo  
Ecce patent , ubi se Condæi vividâ virtus  
Exeruit meliore notâ ; neque segnior annis ,  
Séque ipso major fulsit Mavortius ardor.

Ceu Sol , ipse quidem vel primo ignitus ab ortu  
Lucéque conspicuus , summum quando arduus axem  
Conscendit , terrâsque alto despectat Olympo ,  
Ardescit magis , & puro se lumine fundit.

Illa dies qualiter nuper splendore refulsi  
Francigenis , quando pompæ Rex Maximus auctor ,  
Et pars ipse sūz , læto fervente tumultu ,  
Templum augustum ; ingens , ac religione sacratum  
Antiquâ , plausus inter , lituósque canoros ,  
Majestate subit blandum spectabilis Vrbi.

Dum cœlo investit , veteri de more , triumphum  
Virgineæ Matris celebrat Divum æmula tellus ,  
Sincerâ Lodoïx pietate insignis , & armis ,  
Virtutisque hæres Patriæ , centum hostica signa ,  
Tergeminio direpta hosti , substernit ad Aras ,  
Præfalis ante pedes , sacrâ cui fronte Tiaras  
Promicat , atque Dei præfert insigne verendum ,  
En suspensa tholo fluitant vexilla , colore

Multiplici victas bello signantia gentes,  
Victorisque decus duplicant, permista tropaeis  
Auspicio partis LODOICI; & laude coronant  
Promeritā Heroēm ipsa inter præconia Divūm.

Quin etiam fit præco hostis; milésque, Ducésque  
Præcipui, bello capti, sine crimine testes  
Suspectæ fidēi, Condæum ad' sidera tollunt  
Præcellentem animis, invictæ & robore dextræ.

Fulminis hic illum flammæ, & pernicibus alis  
Assimilat; primo invadit quando impete turmas,  
Æratosque globos equitum, peditum-ve phalanges  
Proturbat; Torrenti aliis, dum forte minaci  
Murmure, saxa per & cautes è montibus altis  
In campos ruit, & segetes, arbusta, casasque  
Horrisono sternit fremitu, ipsa & strage superbit.

Nunc age, desudans Heroū Musa coronis,  
Qua causa impulerit duri in certamina Martis.  
Conspicuum virtute Duceim; quis bellicos ardor  
Viserit igne novo pectus Sobolisque, Patrisque,  
Diva doce; neque enim fas dissociare Parenti  
Gnatum haud absimilem, grandiq; imitamine clarū.

Fœdere conjuncti Batavis, Germanus, Ibérque  
In castris dudum steterant, exercitus ingens,  
Spéque ferox avidâ; & stragem, exitiūmque minatur  
Francigenūm terris, & verba immania jactat.

Condæised nota orbi Mavortia virtus,  
Multiplicique diu parta experientia bello,  
Terrificis obstat cœptis, dum sc obvius infert  
Vindique, & hostiles acies à finibus arcet.

Nox erat; & placidâ laxabant fessa quiete  
Corpora per terras latè, volucrēsque, feræque,  
Terrigenūmque genus, curâ dum pervigil acri  
Borbonides, nec membra thoro curanda reponit,  
Nec tenui quamyis declinat lumina sommo;

Ast hostem observans, motusque intentus in omnes  
Excubat, & se siqua dabit sors commoda, captat.

His dum castra animis nocturnus obabulat; & eu  
Sollicitas, charo invigilat dum Pastor ovili,  
Qui fors infidians instat fera turma luporum;  
Heroi, us fama est, formâ prstante Virago  
Occurrit, vultu radians, & fronte serenâ,  
Auro innexa comam, & blandum rutilante pyropo,  
Regalique altè suras evincta cothurno;  
Vincit palla nives, quam circum limbus oberrat  
Flore intertextus vario, & subteminis auro  
Subtili; Divæ dextram sceptrum implet eburnum.

Huic adstant geminæ comites, quarū altera palmas,  
Laurigerosque apices, generosæ insignia Martis;  
Altera fert lituum candenteim ex ære canoro,  
Distinctumque auro, sparsoque adamante coruscum.

Dū stupet, atque oculos Princeps in Virgine sistit  
Eudoxâ, attonitum verbis & lumine blando  
Compellat: Quid, magne Heros, nunc pectore versas  
Ancipi! . Dudum tibi chara, ex æthere summo  
Diva adsum, egregios bello, & virtute virili,  
Fortibus atque ausis claros, quæ laude corono  
Pulchrâ, immortali, Divorumque infero cætû.  
En ego, ne dubita, Lauros tibi necto recentes,  
Antiquis fulgore pares. Notum exere robur,  
Exere pugnaces animos; neu callidus hostis  
Deluso jaetet Cœdæo, impune inovere  
Castra loco valuisse; age, mox ut crastina cœlo,  
Punicis invecta rotis, effulserit Eos,  
Postremas invâde acies; j, sterne feroce  
Nequidquam socijs Batavos; id Gallia poscit  
Fœdere pro lœso, id votis Rex maximus ambit.  
Hæc ubi purpureo Diva inclita fildit ab ore,  
Vancens densâ noctis se condit in umbrâ,

Borbonidénque novis succensum pectora flaminis,  
Visisque attonitum, & blando sermone, reliquit.

Mox ut collégit sensus Mavortius Heros,  
Se quisque optatæ paret ad discrimina pugnæ,  
Edici passim castris jubet. Ocyùs omnes  
Ore alaci exsiliunt, séque exhortantur in arma  
Certatum, tanto queis sub Duce Laurea certa est;  
Cunctantémque diem incusat, ceu lumina Titan  
Differat, aut tardis incedat Cynthia bigis.

Vix aurora Polo tenebras dimovit, in altos  
Condæus properans colles, hostilia castra  
Observat, pugnæque modum secum ipse volutat.

Enguineus Patri comes imperterritus hæret,  
Præcipuique duces, bellî quos reddidit usus  
Conspicuos; Navalliades insignibus ausis,  
Consilio, pollénsque manu; infestusque Batavis  
Luxemburgiacus, Majorum haud degener hæres;  
Et rupe à forti nomen cui Martia virtus  
Indidit, atque animis, ferroque Furillius acer.

Est locus Hannanijs, Brabantinisque colonis  
Finitimus, quâ terra situ se fundit iniquo,  
Saltibus & densis, atque intercissa palude  
Multiplici, necnon nemrosis collibus horrens.

Hâc iter, excedens castris exercitus, hoste  
Conflatus triplici, instituit, quos foedus in unum  
Consociat, causâque animos sub dispare jungit.

Prinam aciem, quæ Teutonicis confluxit ab oris,  
Socchiades ductat, longo dux optimus vsu  
Militiæ Geticos contra; quem Gallia mater  
Austriacis dedit, at Germania fôvit alumnus.

Agmine stant medio, atq; extremo Hollâdus, Ibérq;  
Belgicus hunc Prorex, alto illum steimmate clarus  
Auriacus regit; ille ævo, & virtute virili  
Præstans; huic fervet juvenili in pectore sanguis.

Postquam hæc mente sagax, & multâ callidus art  
 Borbonides, Palmæ cupidus, per singula vidi;  
 Certa, inquit, fortis hodie victoria dextras  
 Sollicitat, justæ spondent quam sidera cauſæ,  
 Divisusque hostis primos námque arcta viarum  
 Excludunt, sociisque vetant discrimine pugnæ  
 In summo ferre auxilium, & conjungere turmas.  
 Ergo agite, actutumque acies educite castris,  
 Principiūque cohors faciat Prætoria pugnæ,  
 Et quos armatura gravis, levior-ve, maniplos  
 Distinguens equitum, signis Regalibus ornat.

Principis exemplò ad nutum properare catervæ  
 Franciadum; expansa enfluitant vexilla per auras,  
 Buccinaque, & rauco Martem cava tympana pulsu  
 Accendunt, clamórumque virum, atq; hinnitus equorū.

Ipse acies animo præstans Condæus, & usu  
 Ordinat; & quos quique duces, quæ signa sequantur,  
 Edicit; peditum tibi, Luxemburge, phalanges,  
 Et tibi, Montalti, credit, fortissima bello  
 Pectora, nec gravibus quamvis turbata periclis.

At celeres equitum ducit Rocfortius alas,  
 Atque Furilliades, factis illustribus ambo,  
 Et virtute pares; sed non certaminis æqua  
 Sors ambobus erit, nec vulneris æqua medela.  
 Námque illum reddet confestim in bella valentem;  
 Ast alium condet mors importuna sepulchro.

Hinc Navalliadem casus sibi servat in omnes  
 Condæus, seu consilio, seu viribus usus,  
 Aut vi promptâ animi; varijs perspecta periclis  
 Sic spondet virtus, nec spes frustratur inanes.

Tu verò, invicti Hetoës dignissima Proles,  
 Quem dudu in bella exstimulat Patriæ æmula virtus,  
 Sponte adstas latus ad patrium, propriusque tuem  
 Ardua pugnantis facta, haud inglorius, ardes,

Discrimenque

Discrimenque subire unâ, laudemque mereri,  
Cui decus ex æquo, pietasque in pectore fervet  
Magnanimo; nec degenerem Condæus amaret.

Te totam nunc, Musa, optat Dux Magnus, in hostes  
Dum ruit, & sœvum spirat dum pectore Martem;  
Nunc opus est majore tubâ, quæ grandia facta  
Heroo celebret cantu. En ardentibus ignes  
Ut vibrans jam nunc oculis, terrètque, placetque;  
Impatiensque mox, mox ut eoiere cohortes  
Liligeræ, in pugnam præceps rapido impete fertur.

Non sic, delati properans ad munera sceptri,  
Latitiâ exiliat; non sic convivia luxu  
Regifico lauta allicant, splendörve triumphi.

Nec verò aut galeam, aut thoraca indutus ahenū  
Promicat; ast, dictu mirum! bombycis amictu  
In tenui, qualisque inter consuevit amicos  
Alloquio laxare animum, aut accumbere mensis.

Nomine sed satis ipse suo, famaque pavendus  
Apparet, nil ensis egens, aut cassidis ærcæ,  
Armigeræ ve manus; oculis dum fulminat, & dum  
Voce tonat pugnax, vultuque ardente, minaci-que  
Hostes exanimans, campo feso arduus infert.

Non adeo Alcides Nemezi pelle leonis  
Terrificus stetit, aut clavâ domitrice ferarum;  
Nec image Pelides clypeo septemplice tutus.

Non æquo tamen hic campo, non ordine sueto  
Fas conferre manum; prohibent angusta locorum  
Scilicet, & memora, & clivi, lentaque paludes,  
Fossæque, ac sepes densæ; neque cornua, & alas  
Hic licet in latum diducere, nec simul unâ  
Confluxisse acie; sparsis decernere turmis  
Nam cogit natura soli, variisque ciere  
Assultus; viciisse semel nec sufficit hostem,  
Sæpius ut repetita serat victoria palmas.

At nil belligerum tanta hæc obstacula tardant  
Borboniden, facili cui Laurea parta labore  
Vilescit, quem dura juvant, atque ardua cœpta.  
Ac velut objicibus torrens, & mole retentus  
Multipliçi, fremit, & glomerato vortice præceps  
Desuper impellit fluctus, majoréque nisu  
Spumeus in campos fertur, pérque avia victor:  
Haud aliter Princeps animoso concitus æstu,  
Antiquæque memor famæ, cupidusque recentis,  
Invadit numero confisum, & saltibus hostem,  
Abruptisque vijs frustra: nam protinus acri  
Vectus equo, celeres rapit in certamina turmas  
Condæus, primosque premit, sternitque; fugatque,  
Quotquot in adversum temerarius impulit ardor.

Parte aliâ Auriacus, clarum cui nomen, Avorum  
Martia vis peperit, laudis nec degener hæres,  
Sanguinis & Regum, maternâ stirpe refusi,  
Gestit ovans pugnæ oblatum tempusque, locumque;  
Tantus amor famæ generoso in pectore fervet.

Nec reliquis dispar ducibus mens, atque cupido  
Fixa hæret, seu quos socialis Iberia junxit  
Auxilio, bellöve ferox Germania, Francum  
Æmula jamdudum laudis; nec foederis obstat  
Ius sacrum antiqui, aut genus, & communis origo.

At vos, egregij Proceres, quoniam alea pugnæ  
Destinet, ac dubius Mavors, ignara futuri  
Mens cclat, vel quem Lutetia magna triumphum  
Instruat auspicio Loðoicis siccine Ibero  
Condæi nota est belli in certamine virtus?

Hic postquam valido assultu proripiit in hostes  
Seneti templo incassum, tectisque cavatis  
Confisos, campoque equites invasit aperto,  
Stans acie in primâ, Pater una, & Filius ardens  
Marte pari, hostiles oureos, & rataque frustra,

Agmina proturbant ; geinini dum Principis ingens  
Exemplum , & virtus contemptrix usque pericli  
Francigenum incendit miris præcordia flammis.

Qualis ubi injectus , longevo robore silvam ,  
Ac jam deciduis arentem frondibus , ignis  
Corripuit , si fors diversa è parte reflantes  
Hinc Eurus , Boreasque illinc , Nimbosus & Auster  
Incumbunt nemori , geminata incendia latè  
Collucent , quercusque simul populantur , & ornos.

Quis cædē horrendā memoreret , dum Fracus Iberas  
Perrumpens , Batavasque acies , rapido impetu victor  
Insilit , immixtusque furit jam cominus ense ,  
Terrificoque flagrat miles Prætorius æstu ?

Nec vim ferre queunt hostes ; fugiuntq; cadunt-ve  
Præcipites , Francum aut cuneis circu undique cincti ,  
Suppliciter vitam exposcunt , & inermia tendunt  
Brachia victori ; spes hæc namque una salutis .

Non tamen hic vel pugnæ ardor , victoriæ-ve heteret  
Principis ; hinc potius cepit Mavortius ignis  
Incrementum ingens , levitque in damna Batavi .

Namque ubi jam primas peditumq; equitumq; phalæ  
Auriacus cæsas vidit , captosque , fugâ-ve [ ges  
Versos indecori , Duce frustra obstante , maniplos ,  
Infremit , atque acri succensus corda dolore :  
Hæcine spes , inquit , palmæ , socialibus armis  
Affulgens juveni ! sunt hæc primordia fausti ,  
Rebar ut ipse quidem , belli ! Hoc vestigia tractu  
Affleuar , & laudes Majorum , inglorius hæres !  
Pro pudor ! Abscedam vietus certamine primo ,  
Condæi vultum & fugiam , paulò ante petitum  
Tot votis , hostemque novis ornabo tropæis !  
At multo saltem vietorem sanguine Laurus  
Sparsa ornet , partemque suam ferat ipse doloris .  
Hæc secum ardentii Princeps sub corde volutat

Magnanimus, collésque altos, faucésque viarum  
Occupat, & celso tormenta ex aggere tollit,  
Subjectas latè in valles queis fulmina vibret.

Nil tamen Heroëm tot tentamenta morantur  
Borbonium; rufum ille acies in prælia duxat  
Impavidus, Martisque suis inspirat amorem,  
Ore alacer simul, atque ferox, ac lætior irâ.

Quin etiam bellator equus sessore superbis  
Efferus, hinnitûque hostes perterret acuto,  
Et gaudens in fata ruit; quippe ignea plumbi  
Glans emissâ procul, medium transverberat inguen.  
Quadtupedi, exiliens calces dum jactat in auras.

Vulnere lethifero titubat, dominóque timere  
Visus adhuc (mirum!) sonipes generosus, in armos.  
Labitur ut sensim, morte & lactatur in ipsâ.

Priacipis attoniti casu milésque, ducésque  
Accurrunt; túque ante alias exterritus omnes,  
Enguinee, heu chari tanto discrimine Patris,  
Nunc primùm & pallens; unum sed signat amorem.  
Pallida frons, tibi qui, Dux inclyte, pectus aduris.

Si bellatorem pallor decet iste, timori  
Nil debens, gemino contusum vulnere corpus,  
Hostica dum contra defendis tela parentem.  
Ceu clypeo pariter Princeps, juvat; ô decus ingens.  
Et Patriæ, & Patris, geminâ virtute coruscans,  
Quam pius & fortis junxit Trojanus in unum.

Mox alio sublimis equo, & majore pavendus  
Irâ Heros, iterum hostiles irrumpit, & urget,  
Insistens pugnæ, cuneos, sternitque, fugatque.  
Impete fulmineo; nec par est usque ferendo  
Auriacus, quamvis animis infractus. Vbi ille  
Vertere terga acies iterum, aut occumbere ferro  
Fraciadum, hincque sibi Condæum insistere, & illinc  
Enguineum agnovit; quamvis pudor obstat & accr.

Pugnæ ardor , tamen ille fugæ mandare salutem  
Cogitur , alipedisque cito confidere cursu.

Nec temere imperij projectum insigne superbum,  
Fascia , permixto collucens murice & auro ,  
Sparsimque intextis gemmis ; sic lumina cautus  
Instantum sibi Francigenum, felixque fefellit.

Non eadem tibi succurrerit fortuna , Merodi,  
Vel tibi Salmazi Princeps , virtutibus ambo,  
Et genere insignes ; & utriusque haud nomine dispar  
Naslavi , factisve illustribus ; Hōsque sequuti  
Holsteni , Solmique , Stokeimi , Kimeridéque ;  
Cālpini , & Valkemburge , & cui nomen ab amne est ;  
Totque Duces alij , infelix quos alea belli  
Prodidit , & captos , spectatorésque triumphi  
Ostentat , plausu dum Tu , Lutetia , ferves,  
Ac L u d o v i c a m pietatem tollis ad Astra .

Tu quoq; magnanime , Hispanis Præfecte maniplis  
Æratorum equitum , pompe pars magna fuisses  
Ni te lethali , sed honesto , vulnerè cæsum ,  
Victorisque manu ereptum ; mors prompta tulisset.

Quid reliquos memorare dūces , bellī ve ministros  
Iuverit , atque unā bellantum ignobile vulgus ?  
Quos numero ingenti captivos Gallicus Heros  
Vrbem in regalem misit , spectacula sacræ ,  
Atque ornamentum pompe . Quid signa ? Quid arma ?  
Aut curtus , & equos referam , & spolia ampla superbo  
Erepta Hollandio , argentique , aurique talenta  
Plurima ? militibus victor quæ deinde refūdit ,  
Munificus , geminumque sibi cumulavit honorem ,  
Quām ferro , pugnāque acer , tam munere largus .

Credula gens tamen inflictā pro clade triumphat ,  
Ignibus & festis passim sua gaudia signat ,  
Dum Gallus prædā potitur , Senefiāque arva  
Strata cadaveribus Batavūm , Hispanoque crux

Sparsa horrent; dum captæ utræque ex gente cohortes.  
 Cum ducibus, læta objiciunt spectacula Franciæ.  
 Si tales peragat Belga, Hollandusque triumphos,  
 Sæpius, inviti quamvis sub Gallica jura  
 Concedent, meliore jugo, & victricibus armis,  
 Quæ magnus dudum Lodoïx cœlo auspice tractat.

Nunc, ô, Francigenum vindex, tibi Laurea cedat  
 Par animo ingenti, & tantis condigna periclis,  
**Quam** Rex magnificus, Patriæ quam prona volutas  
 Apparat. Invictus deinceps sit terror Iberi,  
 Teutonis, Hollandi, Condæus, & æmula Prolet,  
 Enguineus, nunc imperio maturus, & armis.

Ipsa quidem æternum sibi Te velit optima matet  
 Gallia, praefidium, atque decus; sed fidera quando,  
 Sic dignum cœlo, eripient, insigne doloris  
 Enguineus solamen erit, Condæus & alter,  
 Felix nempe parens, gentrosa in prole superstes.





POUR SON ALTESSE SERENISSIME  
MOSEIGNEVR LE PRINCE,

Après sa glorieuse victoire sur les Imperiaux.

D E V I S E.

Un Aigle, qui en éprouvant au Soleil son véritable  
Aiglon, chasse une Troupe d'Aiglons bâtards.

ET TANTI EXPLORASSE FVIT.


ET L'EPREUVE EN A COUTE CHER.


TEMERAIRE Aiglons, qu'il vous en coûte cher! \*  
Quoy, vous? avoir osé de fe prés l'approcher.  
cet † Aigle n'e plus fier qui jamais en sa ferre.  
Du vainquer des Titans ait porté le tonnerre. <sup>‡</sup>  
Baïfex, baïfex Aiglons Bâtards.

Devant luy vos foibles regards. <sup>§</sup>  
Tandis que le SOLEIL par toute sa lumiere,  
De son Aiglon Royal éprouve la paupière,  
De toutes parts il vous fait trébucher. <sup>||</sup>  
Et votre défaite est entière. <sup>||</sup>  
Pouz adoir pris l'esson d'une aile trop aérienne.  
Temeraires Aiglons, qu'il vous coûte cher! <sup>||</sup>

† Monseigneur le Prince.

\* Monseig. le Duc.





# INTERPRETATIO

*EX GALLICO*

*ABBATIS DE BRIANVILLE.*

**T**ENTASSE quantō; degener Fœtus, stetit!  
Ergon' volatu cernere, aut ungue adlubet;  
Aquila feroci? Qualis haud unquam tulit;  
Flammis Gigantum vindices superbiæ.

Ignava Soboles, palpebras demittite;  
Aciemque tantis imparem fulgoribus.  
**S**OL quando, curru vectus ardenti; probat  
Generosa Pulli lumina, armipotens Pater  
En clade fractos undiquaque dejicit  
Actum est; peristis fato ineluctabili;  
Dum tendit audax penna summum ad æthera;  
**T**entasse quantō, degener Fœtus, stetit!





SERENISSIMO PRINCIPI  
DVCI ENGVINEO

E MILITARI EXPEDITIONE

ANNI M. DC. LXXIV.

*Und cum invictissimo Patre, Principe: Condeos;*

FELICITER REDVCI;

GALLIAE GRATVLATIO.


O D E.

MAGNI progenies Patris,  
Ausis assimilans, Enguinec arduis  
Heroa, & decus inclytum,  
Ac nusquam indecori degener omne;  
Quas grates Superis feram,  
Aut quæ thuricrenis dona super focis,  
Voti jam rea nobilis,  
Quod vos incolumes, vosque receperim.  
Palmâ centuplici graves,  
Patremq; & sobolé jam Patria ænulam.

Quem Mars emeritum diu  
 Lætus multigenâ ornâvit adores.  
 Tu vestigia, & orbitas  
 Illustres parili consequeris gradu;  
 Qualis marmarico specu  
 Eductus, valido robore firmior,  
 Patri consimilis Leo,  
 Iamnunc dente minax, acer & unguibus,  
 Rugitu nemus horrido,  
 Exanguesque metu terrificat feras.  
 Te Belga obstupuit tremens,  
 Dum tyrocinio non humili impiger,  
 Discis militæ modos,  
 Regis sponte sequax tramite gloriæ.  
 Te posthac Batavus ferox  
 Suspexit, tumidi fluminis alveum  
 Dum cymbâ tenui celer  
 Transmittes, equitumq; & peditu globos  
 Primo proruis impete,  
 Nequicquam subitâ præcipites fugâ.  
 Te nuper quoque Sequanus  
 Vesontina stupens cingere mœnia  
 Vidit, turbinis in modum  
 Dux præmissa equitû dum rapis agmina,  
 Et victoria Regijs  
 Iungit se comitem sponte cohortibus,  
 At cur Te, mea gloria,  
 Dulce & præsidium, demoror, inclytum  
 Heros dum genitor sibi  
 Optat te socium Martis in aleâ,  
 Partiriique pericula  
 Teeum gestit amans, factaque splendida.  
 En tellus tibi Belgica  
 Palmarum segetem spondet, & amplius

Laudis curriculum: neque  
 Germano, & Batavis junctus Iber, male  
 Pacti fœderis immemor,  
 Obstat, numero vincere pertinax.  
 Hos námque, auspicio patris,  
 Arcebis patriæ finibus, ac meis;  
 Accisosque diu fame, &  
 Seneti nimium saltibus asperis,  
 Cœro isque paludibus  
 Confisæ, meritâ fœdifragos nece  
 Mulctabis. Spolijs graves  
 Currus, præda manent, signaq; plurimæ  
 Victorem, haud sine sanguine;  
 Capti cùmque suis militibus Duces,  
 Non incognita nomina,  
 Clarum sive genus, gestave ponderes.  
 Ah! quis me pavor involat?  
 Fossus dum sonipes sub Patre concidit,  
 Sessorēmque premit suum;  
 Quæ nec flammæ globis concita ahencis,  
 Plumbi grando nec ignea,  
 Telorum-ve seges dira minacium  
 Vsqam est ausa laceſſere.  
 At tu magnanimo Scipiade, & pio  
 Æneā melior, Patri  
 Succurris, proprij vulneris immemor.  
 O quām te decuit timor,  
 Princeps, ille tuis decolor in genis!  
 Tu discrimine patrio  
 Palles, intus amor viscera dum coquit,  
 Et Mavortius æſtuat  
 Ignis grandè flagrans, iraque justior.  
 Hanc mox sensit Iber, furens  
 Nequidquam; & socios exitiabili

Secum clade premi dolet,  
 Condæo & gemino se fremit impatens.  
 Pugnarum satis est, sat &  
 Palmarum. Ecce fugax se Tibi surripit,  
 Invictoque Patri, triceps  
 Et frustra numero exercitus insolens.  
 Aldenarda nihil timet,  
 Vestro tuta satis nomine. Mox redi,  
 Condæo, & sobolem mihi  
 Reddas, Téque simul, Numine prospero,  
 Partis at modò Laureis  
 Gaudete, & placidi fructibus otij,  
 Dum rursus Patriæ salus  
 Vos in bella vocet; pacis & impotens  
 Hostis Borbonidas novo  
 Palmarum cumulo tollat ad æthera,



INCLYTO

85

INCLYTO HEROI, AC PRINCIPI

# TVRENIO,

POST RELATAM AD SINTZHEMIVM

DE GERMANIS ET AUSTRASIIS

CELEBREM VICTORIAM;

ODE GRATULATORIA.

DESCENDE Cœlo, Calliope, & novas  
Decerpe lauros, magnanimum quibus  
Heroa, victorem corones  
Teutonicæ, Lotaræque gentis.  
Mavortis, hic est cura, Turenus,  
Bellique fulmen; nobile quem genus,  
Magnisque pectus bellicosum  
Majus Avis, super astra dudum  
Vexere, factis grandibus, & suis  
Clarum tropæis, Regis & inclyti  
Amore præsigni beatum,  
Quem meruit generosa virtus,  
Durisque pridem functa laberibus.  
Majore plectro nunc opus, & tubæ  
Bellace cantu; quo triumphos  
Musa pari moduletur ore.  
Dicám-ne, læves prima simul genas  
Lanugo vestit, militæ gravis

VIDES ut altro defiliens Polo  
 Victoria alas commovet, ac tubam  
 Clarum sonantem Fama præfert  
 Threiciâ redimita lauru?  
 Audin' canoro gutture martiæ  
 Ut facta dextræ prædicat? Auribus  
 Hic stenus arrestis, tropæa  
 Ut liceat veniens in ævum  
 Vulgare, dein cantanda nepotibus,  
 Exempla seris ardua. Protinus  
 Adeste victrices catervæ,  
 Ac celebres properare plausus.  
 Tandem assequutus Dux vigil agmina  
 Infensa, collis vertice in arduo  
 Quæ castra munitis locarant  
 Aggeribus, subitoque vallo;  
 Intér-que-jectum mœnibus oppidum,  
 Armato & arcet milite. Nec mora,  
 Irrumpit, immanique strage  
 Victor ovans sibi pandit urbem,  
 Itérque ad hostes. Non secus obviâ  
 Cùm mole ruptâ, volvitur impete  
 Per plana torrens irrefracto  
 Spumeus, ac fremitu minaci  
 Domosque, sylvásque, ac segetes rapit.  
 Adversa talis castra Turenius  
 Invadit acer; Duxque \* stufræ  
 Objicit impavidus maniplos,  
 Quem stemma & alti conscia nominis  
 Ad arma virtus exstimalat; neque  
 Longæva quamvis tardat ætas  
 Vincere, vel cadere obstinatum,  
 Prò quantus hinc inde æstuat æmuli  
 Fervor Gradivi! Quantaque funera!

\*Caro  
Ius Lo  
tarin-  
giæ  
Dux.

It rivos exundans , eruore  
 Decolor ; Inter utramque partem  
 Sors pender anceps. Sic ubi fervido  
 Depræliantur marmiore , partibus  
 Truces ab adversis citati ,  
 Hinç Boreas glacialis , illinc  
 Nimbosus Auster ; stat dubium mare ,  
 Quis victor undis imperet. At moras  
 Herois indignata virtus  
 Francigenæ , in medios furentem  
 Immittit hostes. Fulminis hic modo  
 Ensem coruscum dum rotat , agmina  
 Proturbat hostilis catervæ ,  
 Cedere jámqve retro coëgit.  
 Immanè frendens Austrasius , suos  
 Frusta moratur , præcipiti fugâ  
 Dum quisque victoris pavendo  
 Subtrahitur gladio Turenî,  
 Hostes Sintzheimianis collibus haud tamen  
 iterum Herois hæsit gloria Gallici ,  
 ad La-      Vel meta Palmatum ; fugaces  
 débur-      gum      Acrior instat agens phalangas.  
 fugati. Nec bellico pulvere sordidus  
 Absistit , ingens dum spolijs adhuc ,  
 Armisque componat tropæum  
 Saxonico , Austrasioque cæsis.  
 Vbi hæc sonoro carmine protulit ,  
 Non illa mendax , Fama , volucribit  
 Sublata mox pennis in altum ;  
 Dulcè canit , Ter io triumphet  
 Io , Turenii , tempora nobili  
 Præcinge lauro ; deinde curulibus  
 Invectus actutum quadrigis  
 Astra super , sociare Divis.

# LE CHANT DE LA GUERRE DE LORRAINE

Sur les deux Défaites des Imperiaux, & des Lorains.

A SINTZHEIM; ET A LADEMBOVRG.

## DEVISE.

*De faux Aiglons qui fuyent un Soleil éclatant,*

**DEGENERES FVGAT OBTVTV.**

*SON ECLAT LES FAIT FUIR.*

**V**OUS, qui dans les Champs de la Gloire  
Guidiez autrefois les Cesars,  
Et voyiez toujours la Victoire  
Voler après vos Etendards;  
Aigles des grands Romains, estes-vous bien les Mères  
De ces Aiglons\* faux & sans cœur,  
Qui fuyant du SOLEIL † les Regards salutaires  
N'ont pu soutenir son ardeur?


*Non, non, leur chute si soudaine  
Est une marque trop certaine  
Qu'ils ne vinrent jamais de vous.*

**T**remblez, tremblez & Lions & de Flandre & d'Espagne  
Même sort vous menace tous,  
Et vous suivrez de près les Aiglons d'Allemagne.

\* L'Aigle de l'Empire, & les Aiglions ou Aiglons des  
Armes de Lorraine.

† Le Roy n'a rien oublié pour obliger l'Empire à demeurer en paix.

*Les deux rois d'Angleterre, ont chacuns*



# INTERPRETATIO

*EX GALLICO*


*ABBATIS DE BRIANVILLE.*


**V**ICTRICES Aquilæ, fausto quarū omīne quondam  
Romulidæ, totum laté, quā porgitur, orbem  
Imperio adjecere Duces, laurisque revincti  
Immortale decus Genti peperēre Togatæ;

Belligeræ volucres, vestrōne ē semine cretū  
Degeneres. adeò Pulli. Qui lumina SOLIS  
Munifica obtutu refugo aspernariēr ausint,  
Nec tamen ardori par est palpebra ferendo.

Non ita; nam velox adeò, præcépsque ruina  
Arguit ignavam sōbolem, nec Matre creatam,  
Irati toties tulerit quæ tela Tonantis.

Belgicus ergo Leo tremat, & regnator Iberus;  
Fœdere devinctis parili sors imminet una;  
Maud̄ mora, Teutonicis Aquilis jungetur uterque.





EIDEM HEROI, AC PRINCIPI

# TVRENIO,

FEDERATORVM GERMANORVM COPIIS,  
AD ILLUM ET TURQUE M I U M C A S I S ,  
ET TRANS RHENUM PULSIS,

Q V A R T V M VICTORI;  
ITERATA GRATVLATI O.

O DIVA, pridem belligerâ Duce s  
Virtute, & ausis fortibus inclyto s  
Clarare solers, ac refuso  
Per Populos celebrare cantu ;  
Iam nunc relictam sume iterum tubam ,  
Novoque faustum Marte Turenium  
Heroa, & insignem tropaeis  
Teutonicis, super astra tolle.  
Nam quod seniles robur aheneum  
Bræmuant artus ? Quis foveat igneus  
Vigor medullas ? Quod-ve Numen  
Consilivit regit, atque dextram ?

Adnexa jungit prælia præfissi,  
 Palmisque Palmas; nec requiem capit  
     Bellantis indefessus ardor,  
     Per medias flagrat & pruinias.  
 Si flumen obstat gurgite, transmeat;  
 Si mons nivali vertice tollitur,  
     Transcendit audax; nil-que cursum  
     Liligeraque acies moratur.  
 Testatur Illus sanguine decolor,  
 Dum foederatas Teuto acies Duci  
     Opponit, æratosque frustra, &  
     Centuplices equitum maniplos.  
 Vix Gallus hostem vidit, & impiger  
 Irrupit ultrò; vix Pedites Eques  
     Sustentat adversus, fugaque  
     Quæsijt indecori salurem.  
 Frusta & latebras optat, & arduæ  
 Munimè arcis; continuo advolat  
     Bellator, improvisus, urgens  
     Impete fulmineo fugaces;  
 Prædâ & potitus multigenâ, movet  
 Hinc castra velox, agmina Teutonum.  
     Infesta contra: more flammæ,  
     Quæ segetes ubi forte flavas  
 Invasit, Austro flante, rapacior  
 Grassatur horrendum; at crepitantibus  
     Mox arva collucent favillis;  
     Volvitur ater ad astra fumus.  
 Iam militares Francigenum globi  
 Ductore tanto, sq[ue]que alacres, ruunt  
     In castra, circumquaque fusi,  
     Austriadumque premunt catervas.  
 Nec sic columbas accipiter cito  
 Urget volatu; nec leporum canis

Venator ardens; nec juvencam

Marmaricis leo fatus antris.

En! ut remissis fusus eques ruit

Hinc inde habenis, exanimus metu;

Et ante pugnam penè vinctus,

Franciadæ retro tergit vertit;

Non jam minax; non ille ferocior

Instat Brisaco, & spe vorat Alsatam;

Turmas-ve deridet Turenî,

Aur gladium malè-fcriatum.

Quin & tumentes Dux lacrymabilis

Fastus remittens, jámque modestior

Tot cladibus, dixisse fertur,

Non sine flebilibus querelis;

Eheu! superbos ponite spiritus,

Inauspicati vincula foederis

Qui colligastis, sempitatem in

Perniciem, opprobriūmque Gentis.

En dissolutæ splendida præmia,

Fructusque pacis! Num satius fuic

Herois invicti verenda

Iure sacro coluisse sceptræ,

Pactique leges haud violabilis

Impune? Numen foedera disjicit

Iufanda, & iratum scelestis,

Teutonicas acies flagellat;

Dum faustiori gaudet adoreâ,

Nec-non tropæis, auspicio Poli

Partis, coronatus triumphat

Franciades, nec iniquus ultor.

Sic sic pavendum quis modò acinacem

Ferat Turenî? Consilio, & manu

Dum pugnat, antiquis recentes

Accumulat, sine clade, Lauros.


Nos & , fugaces ceu capreas. Iupus  
Infestus urget. Quique ftementibus  
Victoriæ spe tot maniplis

Teuto ferox, avidusque , Rhenum  
Transmisit ; idem ( prô pudor ! ) agmine  
Iam dissipato , vix remeat lacer :

Elumbis , obtritusque serpens

Qualis ubi trahit usque laxum  
Caudæ volumen. Define lugubris  
Tandem duelli nunc Alemannia ;  
Pacemque non fauste solutam.  
Auspicio meliore firma.





## AD GALLIAM VICTRICEM,

VATIS RELIGIOSI VOTUM PRO PACE,

## ODE.

**I**AM datum Marti satis est cruento;  
Hactenus pulcras cumulasse Lauros  
Juverit; fævum, generosa Pubes,  
Condite ferrum.

**Q**uis furor mentes agitat nefandus?  
Sanguinis vel quæ sitis æstuosa  
**V**rget, ô Cœlo, Superisque dudum  
Sacra juventus?

**S**in calet venis animosus ardor,  
Vósque delectant galeæ comantes,  
Æris & rauci canor, & coruscis  
Agmina telis;  
An Scythæ defunt, Otomannidæque,  
Asperum Christo genus? Huc & enses;  
Et graves ferro, cupidásque pugnæ  
Vertite turmas.

Túque præ cunctis celebrate, Princeps,  
Legis & sanctæ, Fideique cultor,  
Quem velut Primo-genitum tuctur,  
Optima Mater;  
Quem diu votis precibüsque pulsus  
Annuit Cœlum, Lodoïce, terris,  
Ceu fatiscentis columnen, decusque  
Nobile mundi;  
Te pharetrati metuunt Geloni,  
Et venenatis Arabes sagittis

Creduli incassum ; Tibi lata Palmas  
Nutrit Idume.

Moesta Te pridem Solyme , jugique  
Barbari vinclis , & onusta mole ,  
Vindicem poscis propera pudendos  
Solvere nexus.

I , vola , quo Te Pietas , Fidesque ,  
Quam Polo pridem tua lingua vovit ,  
Advocat . Nobis prius , expetitam  
Annue pacem.

En Tibi Palmas lacrymosa dudum  
Tendit Europe ; bonus ô , scelesti que  
Immemor pacti , gemitus precantis  
Mollius audi.

Fallor? An curru , niveisque bigis  
Vecta Pax , summo celer ex Olympo  
Desilit , mitemque manu decorâ  
Ostentat Olivam?

Candor , & veri studiosa Virgo ,  
Et Fides , & Fas , Pietas , Themisque ,  
Cœlites Divæ , comites nitenti  
Agmine fulgent.

Advolat blandis oculis renidens  
Faustitas , Gentes hilaratque vultu ;  
Advolat dives simul , & beato  
Copia cornu.

Arva jam rident opulenta flavis  
Messibus ; tutum volitant per æquor  
Navitæ ; nec jam timet inquietus  
Arma colonus.

Verus , ô , vates utinam fideli  
Dicar optatam ceciniisse plectro  
Temporis sortem ; neque me jocosa  
Ludat imago.